autē sabbatū quādo lutū fecit Jesus z ape
ruit oculos eius. Iterū ergo interrogabāt
eū pharisei quomodo vidisset. Ille autem
dixit eis. Lutū posuit mihi sup oculos z
laui z video. Dicebāt ergo ex phariseis q̄
dam. Non est hic homo a deo qui sabba
tum nō custodit. Alii dicebāt. Quomodo
pōt homo pctōr hec signa facere? Et scis
ma erat inter eos. Dicūt ergo ceco iterū.
Tu q̄d dicis de eo qui aperuit tibi oc'los
tuos? Ille autē dixit quia pphā est. Nō
crediderūt ergo iudei de illo q⁹ cecus fuis
set z vidisset donec vocauerūt pentes eius
qui viderat. Et interrogauerūt eos dicē
tes. Hic filius vester est quē vos dicit, q⁹
cecus natus est? quomō ergo nunc videt?
Rnderunt ergo eis pentes ei⁹ z dixerunt.
Scimus q⁹ hic est fili⁹ noster z q⁹ cec⁹ na
tus est. quomō autē nunc videat nescim⁹
aut quis aperuit oculos ei⁹ nos nescim⁹
ipsum interrogate. etatē habet ipe de se lo
quat. Hec dixerūt pentes eius q⁹ timebāt
iudeos. Jam enī cōspirauerāt iudei vt si
quis confiteret eū esse christu⁹ extra syna
gogā fieret. propterea pntes e⁹ dixerūt eta
tem habet ipm interrogate. Vocauerunt
ergo rursum hoīem qui cec⁹ fuerat z dixe
rūt ei. Da gloriā deo. Nos scim⁹ quia hic
homo pctōr est. Dixit ergo ille. si peccator
est, nescio. Unū scio, q⁹ cum cecus essem
modo video. Dixerūt ergo illi. Quid fecit
tibi? quomodo aperuit tibi oculos? Rndit
eis. Dixi vobis iam z audistis. Quid ite
rum vultis audire? Numq̄d z vos vultis di
scipuli eius fieri? Maledixerūt ei z dixerūt
Tu discipulus illius sis. nos autē moysi
discipuli sumus. Nos scim⁹ quia moysi lo
cutus est de⁹. Hunc autē nescimus vnde sit
Rndit ille homo z dixit eis. In hoc mira
bile est, quia vos nescitis vnde sit z aperuit
oculos meos? Scim⁹ autē q⁹ peccatores
deus nō audit, sed siq̄s dei cultor est z vo
luntatē eius facit, hūc deus exaudit. A se
culo nō est auditū quia q̄s aperuit oc'los
ceci nati, nisi esset hic a deo, nō poterat fa
cere quicq̄. Responderūt z dixerūt ei. In
peccatis nat⁹ es totus z tu doces nos? Et
eiecerūt eum foras. Audiuit Jesus quia
eiecerūt eum foras z cū inuenisset eū dixit
ei. Tu credis in filiū dei? Respondit ei et
dixit. Quis est dñe vt credā in eū? Dixit ei
Jesus. Et vidisti eū et qui loq̄tur tecum
ipse est. At ille ait. Credo domine. Et pc
dens adorauit eū. Et dixit ei Jesus In iu
dicium ego veni in hūc mundū vt qui nō
vident videāt. z qui vident ceci fiant. Et
audierūt ex phariseis qui cū ipso erant. et
dixerūt ei. Numq̄d z nos ceci sumus? Di
xit eis Jesus si ceci essetis nō haberetis pctm

Nunc vero quia dicitis quia videm⁹ pec
catũ vestrũ manet.

De sermone chri-
sti. Ego sum pastor bonus. Johan. x.

Capitulum. lxxxij.

Amen amẽ dico vobis qui nõ in-
trat ꝑ ostiũ in ouile ouiũ: sꝫ ascen-
dit aliunde ille fur est ⁊ latro. Qui autẽ in
trat ꝑ ostium hic pastor est ouiũ huic osti
arius apit ⁊ oues vocẽ eius audiunt ⁊ ꝓpri
as oues vocat noĩnatim ⁊ educit eas. Et
cum ꝓprias oues emiserit vadit ante eas.
⁊ oues illũ sequũtur quia sciũt vocẽ eius.
Alienũ autẽ non sequũtur /sed fugiũt ab
eo quia nõ nouerũt vocẽ alienorũ. Hoc ꝓ
uerbiũ dixit eis Jesus Illi autẽ nõ cogno
uerũt quid loq̃retur eis. Dixit ergo eis ite
rũ Jesus. Amẽ amen dico vobis quia ego
sum ostiũ ouiũ. Om̃es quotq̃t venerunt
fures sunt ⁊ latrones sed nõ audierũt eos
oues. Ego sum ostiũ. per me siq̃s introie
rit/saluabit̃ ⁊ ingredietur ⁊ egredietur ⁊ pa-
scua inueniet. Fur autẽ nõ venit nisi vt fu
ret̃ ⁊ mactet ⁊ ꝑdat Ego veni vt vitã habe
ant ⁊ abũdantius habeant. Ego sum pa-
stor bonus. bon⁹ pastor dat animã suam
pro ouib⁹ suis. Mercenarius autẽ ⁊ qui
nõ est pastor cui⁹ nõ sunt oues ꝓprie. vidꝫ
lupũ venientẽ ⁊ dimittit oues ⁊ fugit ⁊ lu
pus rapit ⁊ dispgit oues Mercenari⁹ aũt
fugit quia mercenari⁹ est ⁊ nõ ꝑtinet ad eũ
de ouib⁹ Ego sum pastor bon⁹ ⁊ ꝯgnosco
oues meas ⁊ ꝯgnoscũt me mee. Sic̃ no
uit me pater ⁊ ego agnosco patrẽ et aĩam
meã pono pro ouib⁹ meis. Et alias oues
habeo que nõ sunt ⁊ hoc ouili ⁊ illas opor
tet me adducere ⁊ vocẽ meam audiẽt et fi-
et vnũ ouile ⁊ vnus pastor ꝓpterea me pa-
ter diligit q̃ ego pono animã meã ⁊ iterũ
sumã eam Nemo tollit eã a me sed ego po
no eã a meip̃o. ꝑtãtem habeo ponẽdi ani
mã meã ⁊ potestatẽ habeo iterum sumẽdi
eã. Hoc mandatũ accepi a patre meo Dis
sensio iterũ facta est inter iudeos ꝓpter ser
mones hos. Dicebant autẽ multi ex his.
Demoniũ habet ⁊ insanit. quid eũ audi-
tis? Alij dicebãt hec verba nõ sunt demo-
niũ habentis. Nunq̃d demoniũ potest ce
coꝝ oculos apire?

De solutiõe didra
gmatis. M. xvij. R. ix.

Capitulum. lxxxiij.

Et. R. venerũt capharnaũ et cum
venissent. M. capharnaũ accesse-
runt qui didragma accipiebãt ad
Petrũ et dixerunt ei Magister vester non
soluit didragma. Et ait Etiam. Et cũ in-
trasset in domũ. preuenit eũ Jesus dicẽs.
Quid tibi videtur Symon? Reges terre
a quib⁹ accipiunt tributũ vel censum. a fi-
lijs suis an ab alienis? Et ille dixit Ab ali
enis Et dixit ei Jesus. Ergo liberi sunt fi
lij. Vt autẽ non scandalizemus Vade ad
mare ⁊ mitte hamũ. et euꝫ piscẽ qui prim⁹
ascenderit tolle ⁊ aperto ore eius. inueni-
es staterẽ. illum sumẽs da eis pro me ⁊ te.

De contentione di
scipulorum quis eorũ videret̃ esse maior
⁊ de doctrina christi M. xviij. R. ix. L. ix

Capitulum. lxxxiiij.

In illa M. hora ĩtrauit. L. in eos
cogitatio quis eorum videret̃ esse
maior. At Jesus videns cogitatõ
nes cordis eorũ cum. R. domi esset inter-
rogabat eos Quid in via tractabatis? At
illi tacebant. Siquidẽ in via inter se di-
sputauerãt. quis esset illorũ maior. Acces
serunt. M. discipuli ad Jesum dicentes.
Quisputas maior est in regno celoꝝ? Et
R. residens vocauit duodeci. et ait illis.
Siquis vult prim⁹ esse. erit omniũ nouis
simus et omniũ minister. Et. M. aduo-
cans Jesus paruulũ accipiens. R. appre-
hendit. L. et statuit. M. eũ secus se in me
dio. M. eorum. Quem. R. cum cõplexus
esset. ait illis. Amen. M. dico vobis. Ni-
si cõuersi fueritis ⁊ efficiamini sicut ꝑuu-
li nõ intrabitis in regnũ celorum. Quicũ
q̃ ergo humiliauerit se sicut ꝑuulus iste/
hic maior est in regno celorũ Et qui su-
sceperit. vnũ paruulũ talem in noĩe meo.
me suscipit. Et. R. quicũq̃ me susceperit
nõ solum me suscipit/sed eũ qui misit me.
Nam q̃ minor. L. est inter vos om̃es. hic
maior est. Qui. M. autẽ scandalizauerit
vnũ de pusillis istis minimis q̃ in me cre
dunt expedit bonũ. R. est ei magis vt M.
suspendatur mola asinaria in collo eius ⁊
dimergat̃ in profundũ maris. Ve mũdo
a scandalis. Necesse est eni vt veniãt scan
dala. verũtamẽ ve homini illi ꝑ quẽ scan-
dalum venit. Si M. autẽ. R. manus tua
scandalisat te abscide eã et proijce abs te.

Bonum. R. est tibi debilem vel claudum M. introire in vitam q̄z duas manus vel duos. M. pedes habentē mitti z ire in gehennā ignem. M. eternū inextinguibilē R. vbi vermis eorū non morit z ignis nō extinguit. Et si pes tuus scādalisat te. amputa illum. bonuz est tibi claudū intrare in vitam eternaz q̄z duos pedes habentē mitti in gehennā ignis inextinguibil' vbi vermis eorū non morit z ignis nō extinguitur. Et M. si oculus tu⁹ scandalisat te erue eum z proīce abs te. Bonū. R. est tibi luscō cū M. vno oculo vitam intrare regnum R. dei q̄z duos oculos habentē mitti in gehennā ignis vbi vermis eorū non morit z ignis nō extinguit. Omīs enī victima igne salietur z omis victima sale salietur. Bonum est sal q⁹ si sal insulsum fuerit in quo illō condietis? Habete in vobis salem. et pacem habete inter vos. Videte. M. ne cōtemnatis vnū ex his pusillis. Dico enī vobis quia angeli eorū in celis semp vident faciē patris mei q̄ in celis est. venit enī filius hois saluare quod perierat. Quid vobis videt? Si fuerint alicui centū oues. errauerit vna ex eis. Nonne relinquit nonagintanouē in monte z vadit querere eam q̄ errauerat. Et si cōtigerit vt inueniat eā. Amen dico vobis. q̄z gaudet sup eam magis q̄z super nonagintanouē que nō errauerūt. Sic nō est voluntas ante patrē vestrū qui in celis est vt pereat vnus de pusillis istis.

De correptione fraterna. M. xviij. L. xvij.

Capitulum. lxxxv.

Si autē peccauerit in te frater tuus. Vade et corripe. increpa. L. illū inter M. te z ipm solum. Si audierit te z penitentiam. L. egerit. dimitte illi. lucratus. M. es fratrē tuum. Et. L. si septies in die peccauerit in te z septies in die ad te cōuersus fuerit dicens penitet me dimitte illi. Si M. autē non te audierit adhibe tecuz adhuc vnum vl' duos vt in ore duorū testiū vel trium stet oīe verbum. q⁹ si nō audierit eos dic ecclesie. Si autē z ecclesiam nō audierit sit tibi sicut ethnicus z publicanus. Amen dico vobis quecūq̄z alligaueritis sup terram. erunt ligata et in celis et quecūq̄z solueritis super terrā erunt soluta z in celis. Iterū dico vobis quia si duo ex vobis cōsenserint super terrā de oīi re quamcūq̄z petierint. fiet illis a patre meo qui in celis est. vbi enim sunt duo vel tres cōgregati in nomine meo ibi sum in medio eorū. Tunc accedēs Petrus ad eum dixit Domine quotiēs peccabit in me frater meus z dimittā illi. Usq̄z septies? Dixit illi Jesus. Nō dico tibi vsq̄z septies sz vsq̄z septuagies septies.

De seruo nequam cui oē debitū dimissum fuerat. M. xviij.

Capitulum. lxxxvi.

Ideo assimilatū est regnum celoz homini regi qui voluit ratōnem ponere cum seruis suis. Et cum cepisset ratōem ponere oblatus est ei vn⁹ qui debebat decē milia talenta. Cum autem nō haberet vnde redderet. iussit eum domin⁹ venūdari z vxorē eius et filios et oīa que habebat z reddi. Procidēs autem ser⁹ ille rogabat eum dicēs. Patientiam habe in me z oīa reddā tibi. Misertus autē domin⁹ serui illi⁹. dimisit euz. et debitum dimisit ei. Egressus autē seruus ille inuenit vnū de cōseruis suis qui debebat centū denarios z tenens suffocabat eum dicēs. Redde quod debes. Et procidens cōseruus eius rogabat eū dicens. Patientiā habe in me z oīa reddā tibi. Ille autē noluit sed abijt z misit eū in carcerē donec redderet debitū. Videntes autem cōserui eius que fiebāt contristati sunt valde. et venerunt et narrauerūt domino suo omnia que facta fuerāt. Tunc vocauit illum domin⁹ suus z ait illi. Serue ne quā oīe debitū dimisi tibi quoniā rogasti me. Nonne ergo oportuit z te misereri conserui tui sicut z ego tui misertus sum? Et iratus domin⁹ eius tradidit eū tortoribus quoad vsq̄z redderet vniuersum debitum. Sic et pater meus celestis faciet vobis si nō remiseritis vnusquisq̄z fratri suo de cordibus vestris.

De illo qui eiciebat demonia z nō sequebat̄ christū. R. ix. L. ix.

Capitulum. lxxxvij.

Respondens. L. autē illi. R. Johannes dixit. Preceptor. L. magister. R. vidimus quendā in nomine tuo eiciēte demonia et phibuim⁹

eum quia nō sequit̄ te nobiscū. Et ait ad illos Jesus. Nolite prohibere. Nemo est qui faciat virtutē in nomine meo ⁊ possit cito male loqui de me. Qui. R. L. eni nō est aduersum vos ꝓ nob est Quisq̄s R. vobis potū dederit calicē aque frigide in nomine meo quia christi estis. Amē dico vobis nō perdet mercedē suam.

De aduentu christi

in fines iudee ⁊ q̄ discipuli nō timeāt eos qui occidūt corpus necvult christus diuidere hereditatem M. xviij. ⁊ supra. x. R. x L. xij. Capitulum. lxxxviij.

Et M. factū. L. est cū consumasset sermones istos Jesus inde exurgens ⁊ migrauit. M. a galilea ⁊ venit in fines iudee trans iordanē ⁊ secute sunt eum turbe multe. Et cōuenerunt R. iteruꝫ turbe ad eum ⁊ curauit. M. eos ibi et. L. sicut consueuerat iterū docebat eos. Multis autē turbis circunstātib⁹ ita vt se inuicē conculcarēt cepit dicere ad discipulos suos Attēdite a fermento pharisеorū quod est ypocrisis. Nihil autem opertū est quod nō reueletur neq̄ absconditum quod nō sciatur quoniā que in tenebris dixistis. in lumine dicētur ⁊ quod in aure locuti estis in cubilib⁹. predicabitur in tectis. Dico autē vobis amicis meis ne terreamini ab his qui occidūt corp⁹ et post hoc nō habent amplius quid faciant. Ostēdam autem vobis quē timeatis timete eum qui post̄q̄ occiderit habet potestatē mittere in gehennā. Jta vobis dico hunc timete. Nonne quinq̄ passeres veneūt asse. M. dipondio. L. et vnus in illis nō est in oblitione coꝝ deo non. M cadit. R. in terrā sine patris vestri voluntate. Oꝫ ⁊ capilli capitis vestri oēs numerati sunt. Nolite ergo timere m̄lt̄is passeribus meliores M. pluris. L. estis vos dico. J. autē. M. vobis quicūq̄ me confessus fuerit coram hominib⁹ ⁊ filius hominis confitebit̄ eum coram angelis dei. Qui autē negauerit me corā hominibus denegabit̄ coram angelis dei. Et omnis qui dicit verbū in filiū hominis remittetur illi. Si autē in spiritū sanctū blasfemauerit nō remittetur ei. Cum autē inducent vos in synagogas et ad magistratus et potestates nolite soliciti esse qualit̄ aut quid respondeatis aut quid dicatis. spiritus enīz sanctus docebit vos in ipsa hora quid oporteat vos dicere. Ait autē illi quidā de turba. Magister dic fratri meo vt diuidat mecū hereditatē. Et dixit ei homo quis me constituit iudicē ⁊ diuisorem sup vos. Dixitq̄ ad illos. Videte ⁊ cauete ab omni auaricia quia nō in abundantia cuiusq̄ vita ei⁹ est ex his que possidet.

De diuite habente fructū abundantiā ⁊ ne discipuli soliciti sint. Luce. xij.

Capitulum. lxxxix.

Dixit autem similitudinē ad illos dicens hominis cuiusdā diuitis vberes fructus ager attulit ⁊ cogitabat intra se dicens q̄d faciam q̄ nō habeo quo cōgregem fructus meos. Et dixit hoc faciam destruam horrea mea ⁊ maiora faciam ⁊ illuc cōgregabo omnia que nata sunt mihi et bona mea ⁊ dicaꝫ anime mee. Anima mea habes multa bona posita in annos plurimos. requiesce comede bibe epulare. Dixit autem illi deus. stulte hac nocte repetent animā tuam a te. que autez parasti cuius erūt. Sic est qui sibi thesaurizat et nō est in deū diues. dixitq̄ ad discipulos suos. Ideo dico vobis Nolite soliciti esse anime vestre quid manducetis neq̄ corpori vestro quid vestiamini Anima enim plus est q̄ esca. ⁊ corp⁹ plus q̄ vestimētum. Considerate corvos quia nō seminat neq̄ metunt. q̄bus non est cellariū neq̄ horreū ⁊ deus pascit illos. quāto magis vos estis pluris illis. Quis autem vestrū cogitās potest ad staturam suam adijcere cubitū vnum. Si ergo neq̄ quod minimū est potestis quid de ceteris soliciti estis. Considerate lilia agri quomodo crescunt. non laborant. neq̄ nent. Dico autē vobis quia nec Salomon in oī gloria sua vestiebat sicut vnū ex istis. Si autē fenum quod hodie in agro est et cras in clibanū mittit deus sic vestit. quāto magis vos pusille fidei. Et vos nolite querere quid manducetis aut quid bibatis ⁊ nolite in sublime tolli. Hec enī om

Multa que hic ponunt posita sunt supra sentētialit vel ēt in verbis in sermone in monte.

nia gentes mūdi querūt. pater autē vester scit quoniā his indigetis. Veruntamen primū querite regnū dei ⁊ hec om̄ia adijcient̄ vobis. Nolite timere pusillus grex q̄ complacuit patri vestro vobis dare regnū Vendite que possidetis /et date elemosynam. Facite vobis sacculos/ qui nō veterascunt. thesaurū non deficientē in celis/ quo fur nō appropiat. neq̄ tinea corrumpit. Ubi eniz thesaurus vester est ibi ⁊ cor vestrū erit. Dicebat autē ad turbas. Cum videritis nubem orientē ab occasu statiz dicitis nimbus venit ⁊ ita fit. Et cum austrum flātez/dicitis quia estas erit ⁊ ita fit Ipocrite faciem celi et terre nostis probare. hoc autē tempus quomodo nō probatis? Quid autē et a vobisipsis non iudicatis quod iustū est? Cum autē vadis cuz aduersario ad principē in via da operam liberari ab illo ne forte trahat te apud iudicem. ⁊ iudex tradat te exactori ⁊ exactor mittat te in carcerem. Dico tibi quia non exies inde donec etiam nouissimū minutum reddas.

De galileis occisis et de ficulnea. Luce. xiij.

¶ Capitulum. xc.

Aderant autē quidā illo tēpore nūciantes illi de galileis quorū sanguinē Pilatus miscuit cum sacrificijs eorum. Et respondēs dixit illis Putatis q̄ hi galilei pre om̄ibus galileis peccatores fuerūt quia talia passi sunt? Non Dico vobis. sed nisi penitētiā egeritis similiter om̄es ꝑibitis. Sicut ⁊ illi. xviij. super quos cecidit turris in syloe et occidit eos. Putatis quia ⁊ ipsi debitores fuerunt p̄ter om̄es homies habitātes in hierusalem? Non. Dico vobis/sed si non penitētiam egeritis om̄es similiter ꝑibitis. Dicebat autē hanc similitudinē. Arborē fici habebat quidā plantatā in vinea sua? ⁊ venit querēs fructuz in illa ⁊ nō inuenit Dixit autem ad cultorē vinee. Ecce anni tres sunt ex quo veni querens fructū in ficulnea hac. ⁊ nō inuenio. Succide ergo illam/vt quid etiā terrā occupat? At ille respondēs dixit illi. Domine dimitte illā et hoc anno vsq̄ dum fodiā circa illam et mittam stercora. ⁊ siquidem fecerit fructū bene. Sin autē in futurū succides eam.

De muliere incurvata. L. xiij.

Capitulū. xci.

Erat autē in synagoga eorum docens sabbatis Et ecce mulier que habebat spiritū infirmitatis annis decem ⁊ octo ⁊ erat inclinata nec om̄ino poterat sursum respicere. Quā cum videret Jesus vocauit ad se ⁊ ait illi Mulier dimissa es ab infirmitate tua. ⁊ imposuit illi manus ⁊ cōfestim erecta est ⁊ glorificabat deum. Respōdens autē archisynagogus indignās/ quia sabbato curasset Jesus/dicebat turbe sex dies sunt in quibus oportet opari. in his ergo venite ⁊ curamini ⁊ nō in die sabbati. Respondit autē ad illum domin⁹ ⁊ dixit Ipocrite vnusquisq̄ vestrū sabbato nō soluit bouē suū aut asinum a p̄sepio ⁊ ducit adaquare? Hanc autem filiā abrae quā alligauit sathanas ecce decez ⁊ octo annis nō oportuit solui a vinculo isto in die sabbati? Et cū hec diceret. erubescebāt om̄es aduersarij eius. et om̄is populus gaudebat in vniuers̄ que gloriose fiebant ab eo.

De interrogatōne iudeorū an liceat vxorē dimittere. M. xix R. x. L. xvi.

¶ Capitulum. xcij

Et. M. accesserūt pharisei tentantes eum atq̄ dicentes Si licz hoī dimittere vxorē quacunq̄ ex causa? At. R. ille respondēs ait. Quid vobis precepit Moyses? Qui dixerūt Moyses ꝑmisit libellū repudij scribere ⁊ dimittere Qui. M. respōdens ait illis. Nō legistis quia qui fecit hominē ab initio creature. R. masculū. M. R. ⁊ feminā fecit eos deus. Et dixit propter hoc relinquet homo patrē ⁊ matrē ⁊ adherebit vxori sue ⁊ erūt duo in carne vna. Itaq̄ iam nō sunt duo sed vna caro. Quod ergo deus coniunxit homo nō seꝑet. Dicūt. R. illi. Quid. M. ergo moyses mādauit dari libellū repudij ⁊ dimittere? Ait ill'. Quoniā. M. R. moyses ad duriciā cordis vestri ꝑmisit vobis dimittere vxores vestras. ⁊ scripsit vobis preceptū istud. Ab initio. M. autē nō fuit sic. Et. R. in domo iterū discipuli eius interrogauerūt eū. Et ait illis. Dico. M. autē vobis quia. M. R. quicūq̄ dimiserit vxorē suam nisi ob fornicatōem. ⁊ aliā

duxerit mechatur. et. R. adulteriū cōmit/
tit super eā. et. R. qui L. dimissam a. L. vi
ro duxerit mechat. Et si uxor dimiserit vi
rū suum ꝛ alij nupserit mechat. Dicūt D.
ei discipuli eius. Si ita est causa homis
cum uxore non expedit nubere. Qui dixit
Non oēs capiunt verbū istud sed quib⁹
datū est. Sunt enī eunuchi qui de matr̄
utero sic nati sunt. Et sunt eunuchi qui
facti sunt ab hominib⁹. Et facti sunt eu/
nuchi qui seipos castrauerūt vel eunuchi
sauerūt propter regnū celorū. Qui potest
capere capiat.

De paruulis obla/

tis. M. xix. R. r. Luc. xviij. La. xciij.

Tunc M. oblati. R. sunt ei puuli
t infantes. L. vt. L. tāgeret. R. eos
ꝛ manus. M. imponeret ꝛ orare
Quod L. cum viderent discipuli increpa
bant L. M. illos ꝛ cōminabātur. R. offe
rētib⁹. Quos cū vidisset indigne tulit Je
sus. L. autē cōuocans illos dixit M. eis
R. Sinite. M. R. L. puulos venire ad
me/et nolite prohibere eos taliū est enī re
gnum celorū Et dixit R. Amen. R. dico
L. vobis quicūq; nō acceperit regnū vt
puer nō intrabit in illud. Et complexās
illos et imponēs manus sup eos benedi/
cebat illos. Et. M. cū imposuit eis ma
nus abūt inde.

De filio prodigo

L. xv. Capitulum. xciiij.

Erant autē appropinq̄ntes ei pu
blicani et peccatores vt audirent
illum. Et murmurabant scribe et
pharisei dicētes/ quia hic peccatores reci
pit et manducat cum illis. Et ait ad illos
pabolam istam dicēs. Quis ex vobis ho
mo qui hz centū oues etsi perdiderit vnā
ex illis. Nonne dimittit nonagintanouē
in deserto ꝛ vadit ad illā que perierat donec
inueniat illaz? Et cū inuenerit illā impo/
nit in humeros suos gaudēs ꝛ veniēs do
mū conuocat amicos et vicinos dicēs il/
lis Congratulami mihi. quia inueni ouē
meam que perierat. Dico vobis q̄ ita erit
gaudiū in celo sup vno peccatore penitē/
tiam agente q̄s sup nonagintanouē iustis
qui nō indigent penitentia. Aut que mu
lier habens dragmas decē etsi perdiderit
dragmā vnam. Nonne accendit lucernā.
et euertit domū ꝛ querit diligenter donec
inueniat? Et cū inuenerit conuocat ami/
cos ꝛ vicinos dicens. Congratulami mi/
hi/quia inueni dragmā quam pdideram
Ita dico vobis gaudiū erit āgelis dei su/
per vno peccatore penitētiam agente. Ait
autē. Homo quidā habuit duos filios. ꝛ
dixit adolescentior ex illis patri. Pater da
mihi portōnē substantie que me cōtingit
Et diuisit illis substātiam Et nō post mꝭ
tos dies cōgregatis oīb⁹ adolescenti/
or filius pegre profectus est in regionem
longinquā et ibi dissipauit substantiā su
am viuendo luxuriose. Et postq̄ oīa cō
sumpsisset facta est fames valida in regiōe
illa ꝛ ipe cepit egere/ ꝛ abūt ꝛ adhesit vni ci
uium regiōis illius ꝛ misit illum in villā
suam vt pasceret porcos. Et cupiebat vē/
trem suū implere de siliquis/ quas porci
manducabant ꝛ nemo illi dabat. In se au
tez reuersus dixit Quāti mercenarij in do
mo patris mei abūdant panibus. et ego
hic fame pereo. Surgam ꝛ ibo ad patrē
meū ꝛ dicam illi. Pater peccaui in celū et
corā te. ꝛ iam nō sum dignus vocari filius
tuus. fac me sicut vnū de mercenarijs tuis
Et surgens venit ad patrē suum. Cuz au
tem adhuc longe esset. vidit illū pater su/
us ꝛ misericordia motus est. Et occurrēs
cecidit sup collum eius ꝛ osculatus est eū.
Dixitq̄ ei filius. Pater peccaui in celum
et corā te/iam nō sum dignus vocari fili⁹
tuus. Dixit autē pater ad seruos suos Ci
to pferte stolam primā ꝛ induite illū ꝛ da/
te annulū in manu ei⁹ ꝛ calciamēta in pe/
des ei⁹ ꝛ adducite vitulū saginatū ꝛ occidi
te ꝛ manducem⁹ ꝛ epulemur qz hic fili⁹ me
us mortu⁹ erat ꝛ reuixit pierat ꝛ inuētus ē
Et ceperūt epulari. Erat autē fili⁹ eius se
nior in agro. Et cum veniret ꝛ appropin/
quaret domui/ audiuit symphoniā ꝛ cho
rum. ꝛ vocauit vnū de seruis. ꝛ interroga/
uit que hec essent Ipse q̄ dixit illi Frater tu
us venit ꝛ occidit pater tu⁹ vitulū sagina/
tum qz saluū illū recepit. Indignatus est
autē ꝛ nolebat introire. Pater ergo illius
egressus cepit rogare illū At ille rndēs pa
tri suo dixit. Ecce tot ānis seruio tibi ꝛ nū
q̄ mādatū tuū pteriui ꝛ nūq̄ dedisti mihi
edū vt cū amicis meis epularer. Iz p⁹ q̄ hic
fili⁹ tu⁹ q̄ deuorauit substaz suā cū meretrici

bus venit. occidisti illi vitulũ saginatum. At ipse dixit illi. Fili tu semper mecũ es et omnia mea tua sunt epulari autẽ & gaudere oportebat quia frater tuus hic mortuꝰ erat & revixit. perierat & inuentus est.

De adolescẽte querente quid faciẽdo vitã possideret. M. xix R. x. L. xviij.

Capitulum. xcv.

Egressꝰ M. inde Jesus et. R. cum ingressus esset in via. Et ecce. M. vnus princeps. L. ꝑcurrens. R. et accedens. M. genu. R. flexo ante eum interrogabat. L. etrogabat. R. illum dicens Magister. M. bone. R. quid. L. boni. M. faciendo. L. vitam eternã possidebo. Dixit ei Jesus. Quid M. me interrogas de bono? Unus est bonꝰ deus. Nemo R. L. bonus nisi solus deus. Si. M. autem vis ad vitam ingredi serua mandata. Precepta R. L. nosti. Dixit M. illi. Que Jesus autẽ dixit illi. Non M. homicidiũ R. L. facies. Non adulteraberis. Non facies furtum. Non falsum testimoniũ dices. Ne. R. fraudẽ feceris. Honora. M. R. L. patrẽ tuum & matrẽ tuam. Diliges M. proximũ tuum sicut teipm. Dixit illi adolescens. Hec. M. omnia. R. custodiui. L. a iuuentute mea. Quid. M. adhuc mihi deest Jesus. R. autẽ intuitus est eũ dilexit eum. Quo. L. audito Jesus ait. Adhuc vnũ tibi deest. Si vis. M. perfectus esse vade et. M. vende. R. L. omnia que habes & da paupibus & habebis thesaurũ in celo & veni et sequere me. Cũ M. autẽ audisset adolescens verbũ. contristatus in verbo abijt M. R. tristis. M. & merens R. Erat. M. R. enĩ habens multas possessiones. et diues. L. valde. Videns autẽ Jesus tristẽ factũ ait discipulis. M. suis. R. Quam. R. L. difficile qui pecuniam habẽt in regnũ dei intrabũt. Amen M. dico vobis quia diues difficile intrabit in regnũ celorũ. Discipuli. R. autẽ obstupescebãt in verbis eius. At Jesus rursus respondẽs ait illis. Filioli q̃s difficile est cõfidẽtes in pecunijs in regnũ dei introire. Et iterũ. M. Dico vobis facilius M. R. L. est camelũ per foramẽ acus trãsire q̃s diuitẽ intrare in regnũ celorũ. in regnum. R. L. dei. Auditis. M. autẽ bis discipuli mirabant valde. Quidã. R. qui L. hoc audiebant magis admirabant dicentes. M. R. L. ad seipsos. R. et. L. ꝙs M. potest saluus fieri? Et intuẽs. R. M illos Jesus ait illis. Apud. M. homines hoc impossibile est/ sed apud deũ omnia possibilia sunt. que. L. impossibilia sunt apud hoies. possibilia sunt apud deum.

De interrogatõne Petri Ecce nos reliq̃mus omnia quid ergo erit nobis M. xix. R. x. L. xviij.

Capitulum. xcvi.

Tunc. M. respondẽs Petrus cepit. R. ei dicere. Ecce. M. nos. R reliq̃mus. M. omnia & secuti sumus te. quid. M. ergo erit nobis. Respõdens. R. Jesus ait eis. L. Amen. M. dico vobis q̃vos qui secuti estis me in regeneratiõe cum sederit filius homis in sede maiestatis sue. sedebitis et vos sup sedes duodecim iudicantes duodecim tribꝰ israel. Et omis qui reliquerit domũ. R. L. vl fratres aut sorores aut patrẽ aut matrem aut vxorẽ aut filios aut. M. agros. R. L propter. M. nomen meũ. propter. R. me et propter euangeliũ et. L. propter regnũ dei. centuplũ. M. accipiet multo. L. plura nunc. R. in hoc. L. tempe domos fratres & sorores & se et matrẽ et filios & agros cum psecutõnibus et. R. in seculo futuro vitam eternã possidebit. M. Multi. R. M. autem primi erũt nouissimi & nouissimi primi.

De operarijs in vineam missis. M.

Capitulum. xcvij

Simile est regnum celorũ homini patrifamilias qui exijt primo mane conducere operarios in vineaz suam. Conuentiõe autẽ facta cum operarijs ex denario diurno misit eos in vineaz suam. Et egressus circa horaz tertiã vidit alios stantes in foro ociosos & dixit illis. Jte & vos in vineam meã et quod iustum fuerit dabo vobis/ illi autẽ abierunt. Jte rum autẽ exijt circa horam sextã & nonaz & fecit similiter. Circa vndecimã vero exijt et inuenit alios stantes & dicit illis Quid hic statis tota die ociosi? Dicunt ei q̃ nemo nos conduxit Dicit illis Jte et vos in vineã meam. Cum sero factum esset dicit

dominus vinee pcuratori suo. Voca operarios ⁊ redde illis mercedē incipiēs a nouissimis vsq; ad primos. Cū venissent ergo qui circa vndecimā horam venerāt acceperūt singulos denarios Veniētes aūt et primi arbitrati sunt q; plus essent accepturi. Acceperunt autē ⁊ ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabāt aduersus patrēfamilias dicētes. Hi nouissimi vna hora fecerūt ⁊ pares illos nobis fecisti qui portauim⁹ pōdus diei ⁊ estus. At illi respondens vni eorū dixit. Amice non facio tibi iniuriā. Nonne ex denario conuenisti mecū. tolle quod tuū est et vade. Volo aūt et huic nouissimo dare sicut et tibi Aut nō licz mihi facere quod volo. An oculus tuus nequā est q; ego bonus sum. Sic erūt nouissimi primi ⁊ pmi nouissimi. Multi sunt enī vocati pauci vero electi.

De interrogatōne

facta christo si pauci fiant salui et q; herodes querebat eū occidere. L. xiij.

¶ Capitulum. xcviij.

Ibat per ciuitates ⁊ castella docens ⁊ iter faciens in hierusalem. Ait autē illi quidam. Domine si pauci sunt q; saluantur. Iterū autez dixit ad illos. Cōtendite intrare per angustaz portā quia multi dico vobis querēt intrare ⁊ non poterūt. Cum autē intrauerit paterfamilias ⁊ clauserit ostiū incipietis foris stare et pulsare ostiū dicētes. Domine aperi nobis. ⁊ respōdens dicet vobis. Nescio vos vnde sitis. Tūc incipietis dicere māducauimus cora te ⁊ bibimus ⁊ in plateis nostris docuisti ⁊ dicet vobis. Nescio vos vnde sitis. Discedite a me oēs operarij iniq̄tatis. ibi erit fletus et stridor dentium. Cū videritis abraā ⁊ ysaac ⁊ iacob et oēs pphetas in regno dei. vos aūt expelli foras. Et venient ab oriente ⁊ occidente ⁊ aquilone ⁊ austro ⁊ accūbent in regno dei. Et ecce sunt nouissimi qui erāt pmi. et sunt primi q; erant nouissimi. In ipsa autē die accesserunt quidā phariseorū dicentes illi. Exi ⁊ vade hinc herodes vult te occidere. Et ait illis. Ite ⁊ dicite vulpi illi. Ecce ejcio demonia ⁊ sanitates perficio hodie ⁊ cras ⁊ tertia die cōsumor. Verūtamē oportet me hodie ⁊ cras ⁊ sequēti die ambulare quia nō capit pphetam pire extra hierusalem.

De idropico sanato et de exhortatōne christi ad humilitatem. L. xiij.

¶ Capitulum. xcix.

Et factū est cum intraret in domū cuiusdā principis phariseorū sabbato manducare panem. ⁊ ipi observabāt eū Et ecce hō quidaz ydropicus erat ante illum. Et respōdens Jesus dixit ad legisperitos ⁊ phariseos dicens. Si licet sabbato curare. At illi tacuerunt. Ipe vero apprehensum sanauit eum ac dimisit. Et respōdens ad illos dixit. Cui⁹ vestrum asinus aut bos in puteū cadet ⁊ nō cōtinuo extrahet illuz die sabbati. Et nō poterant ad hoc respondere illi. Dicebat autē et ad inuitatos parabolā intendens quomodo pmos accubit⁹ eligerēt dicens ad illos. Cum inuitat⁹ fueris ad nuptias non discumbas in pmo loco ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo. et veniēs qui te et illū vocauit dicat tibi. Da huic locum ⁊ tūc incipias cum rubore nouissimū locum tenere. Sed cum vocatus fueris vade et recumbe in nouissimo loco vt cum venit qui te inuitauit dicat tibi Amice ascende superius. tūc erit tibi gloria coram simul discumbētibus. quia oīs q; se exaltat humiliabitur. et qui se humiliat exaltabitur.

De vocandis pauperibus ad conuiuiū et parabola de cena magna. Lu. xiij.

¶ Capitulū. c.

Dicebat autē et ei qui se inuitauerat. Cum facis prandiū aut cenā noli vocare amicos tuos neq; fratres tuos. neq; cognatos neq; vicinos diuites ne forte et ipsi te reinuitent et fiat tibi retributio. Sed cū facis conuiuiū voca paupes debiles claudos cecos et beat⁹ eris quia nō habent retribuere tibi. retribuetur enī tibi in resurrectōne iustorum. Hec cum audisset quidam de simul discumbentibus dixit illi. Beatus qui manducat panē in reg̃ dei At ipe dixit Hō quidā fecit cenā magnā ⁊ vocauit multos Et misit

Si fuerit hec eadē parabola cuz illa q̄ ponit infra Mathei viceſio ſcdo capitulo gregorius relinquit ſub dubio dices q;

seruũ suum hora cene di/ cere inuitatis vt venirent quia iã parata sunt oĩa Et ceperũt simul omnes se excusare. Primus dixit illi. Villam emi & necesse habeo exire & videre illã/ rogo te habe me excusatũ Et alter dixit. Juga boũ emi quinq; et eo probare illa. rogo te habe me excusatum. Et alius dixit. Uxorẽ duxi et ideo nõ possum veni re. Et reuersus seruꝰ nũciauit hec domio suo. Tunc iratus paterfamilias dixit ser/ uo suo. Exi cito in plateas & vicos ciuita tis et paupes & debiles cecos & claudos in troduc huc. Et ait seruus. Dñe factuz est vt imperasti. & adhuc locus est. Et ait do/ minꝰ seruo. Exi in vias et sepes & cõpelle intrare vt impleat domus mea. Dico au/ tem vobis q; nemo virorũ illorũ qui voca ti sunt gustabit cenam meã.

mauult alie no itellectui vel sensui ce dere q̃z con tentõi de seruire . et dat modum cõcordãdi si dicatur ea/ dem vide.

De odiendis parẽ/ tibus propter christũ. L. xiiij.

Capitulum. ci.

Erant autẽ turbe multe cũ eo & cõ uersus dixit ad illos. Si quis ve/ nit ad me et nõ odit patrẽ suum & matrẽ et vxorẽ & filios & fratres et sorores adhuc autẽ & animã suã non potest meus esse discipulus. Et qui nõ baiulat crucez suam & venit post me/ nõ potest meus esse discipulus. Quis enĩ ex vobis volẽs tur/ rim edificare. Nonne prius sedens cõputat sumptus qui necessarij sunt si habeat ad perficiẽdũ/ ne postea q̃z posuerint fun/ damentũ/ & non potuit perficere oĩes qui vident incipiãt illudere ei dicentes/ quia hic homo cepit edificare & nõ potuit con/ summare. Aut quis rex iturus cõmittere bellum aduersus aliũ regem. Nõne sedẽs prius cogitat si possit cum decẽ milibus occurrere ei qui cũ viginti milibus venit ad se. Alioquin adhuc illo longe agẽte le gatõnem mittẽs rogat ea que pacis sunt. Sic ergo oĩs ex vobis qui nõ renunci at oĩbus que possidet nõ potest meus esse discipulus. Bonũ est sal. Si autẽ sal euanuerit in quo condiet̃. neq; in terram neq; in sterquiliniũ vtile est sed foras mit tetur. Qui habet aures audiendi audiat.

De villico iniqui/ tatis. L. xvi.

Capitulum. cij.

Dicebat autẽ & ad discipulos suos Homo quidã erat diues qui ha/ bebat villicũ & hic diffamatus est apud illũ quasi dissipasset bona ipsius. & vocauit illum & ait illi. quid hoc audio de te. Redde ratõnem villicatõnis tue. Jam enĩ non poteris vltra villicare. Ait autez villicus intra se. q̃d faciã quia dominꝰ me us aufert a me villicatõem. Fodere nõ va/ leo mendicare erubesco. Scio quid faci/ am. vt cũ amotus fuero a villicatõne reci/ piant me in domos suas. Cõuocatis au tem singulis debitoribꝰ domini sui dice/ bat primo. quantũ debes domino meo. At ille dixit. centũ cados olei. Dixitq; il/ li. Accipe cautõnem tuã et sede cito scribe quinq̃ginta. Deinde alio dixit. Tu vero quantũ debes. Qui ait. Centũ choros tri/ tici. Ait illi. Accipe literas tuas/ et scribe octoginta. Et laudauit dominꝰ villicum iniquitatis/ quia prudẽter fecisset. quia fi lij huius seculi prudẽtiores filijs lucis in generatõne sua sunt. Et ego vobis dico. Facite vobis amicos de mãmona iniqui/ tatis. vt cum defeceritis recipiant vos in eterna tabernacula. Qui fidelis est in mi nimo & in maiori fidelis est. & qui in mo/ dico iniquꝰ est /et in maiori iniquus est. Si ergo in iniquo mãmona fideles non fuistis quod vestrũ est quis credet vobis. Etsi in alieno fideles nõ fuistis quod ve/ struz est. quis dabit vobis. Nemo seruus potest duobus dominis fuire/ aut enim vnũ odiet & alterũ diliget. aut vni adhere bit & alterum cõtemnet. Nõ potestis deo seruire & mãmone. Audiebãt autem om/ nia hec pharisei qui erant auari et deride bãt illum. Et ait illis. Vos estis qui iusti ficatis vos coram hominib⁹. Deus autem nouit corda vestra. quia quod hominib⁹ altũ est abominatõ est apud deum. Lex & prophete vsq; ad Johannẽ. Ex eo regnũ dei euangelisaf et oĩs in illud vim facit Facilius est enĩ celum & terrã preterire q̃z de lege vnũ apicem cadere. Omnis qui dimittit vxorem suam & ducit alteraz me/ chatur/ et qui dimissam a viro ducit me/ chatur.

Sequitur. ciij. capitulũ.

De diuite epulone. L. xvi Capitulum. ciij

Homo q̄dā erat diues ⁊ induebat purpura ⁊ bisso et epulabatur q̄ti die splēdide. Et erat q̄dā mendicus nomine lazarus q̄ iacebat ad ianuā eius vlceribus plenus cupiens saturari de micis que cadebāt de mensa diuitis ⁊ nemo illi dabat. sed ⁊ canes veniebāt ⁊ lingebāt vlcera eius. Factū est autē vt moreret mēdicus ⁊ portaret ab angelis in sinū Abrae Mortuus est autē ⁊ diues ⁊ sepultus est in inferno Eleuās autē oculos cū esset in tormētis vidit abraam a longe. ⁊ lazarū in sinu eius Et ipse clamans dixit Pater abraam miserere mei. ⁊ mitte lazarū vt intīgat extremū digiti sui in aquā vt refrigerz linguam meā qr crucior in hac flāma. Et dixit illi abraam. Fili recordare qr recepisti bona in vita tua. et Lazarus similr mala. Nunc autē hic consolat. tu vero cruciarz. Et in his omībus inter nos ⁊ vos chaos magnū firmatū est vt hi qui volūt hinc trāsire ad vos nō possint neq; inde huc trāsmeare. Et ait rogo te ergo pater vt mittas eum in domū patris mei. habeo enī q̄nq; fratres vt testet illis ne ⁊ ipsi veniāt in locum hūc tormentorū. Et ait illi Abraam. Habent Moysen ⁊ ꝓphetas. audiāt illos At ille dixit. Non pat abraā sed siquis ex mortuis ierit ad eos. penitentiā agēt Ait autē illi. Si moisen ⁊ ꝓphetas nō audiūt neq; siq̄s ex mortuis resurrexerit credent.

De petitione discipulorū vt augeat eis fides. L. xvij. Capitulum. ciiij.

Et dixerūt apl̄i domino. Adauge nobis fidē. Dixit autē dominus. Si haberetis fidē sicut granū sinapis. dicetis huic arbori moro. eradicare ⁊ explātare in mare. ⁊ obediret vobis. Quis autē vestrū habens seruū arantē aut oues pascentē qui regresso de agro dicit illi statim transi recūbe. et dicat ei Para q̄ cenem et precinge te. ⁊ ministra mihi donec manducem ⁊ bibā ⁊ post tu manducabis ⁊ bibes? Nunq̄d gratiā habet seruo illi/ quia fecit que sibi impauerat? Non puto. Sic ⁊ vos cū feceritis omīa que precepta sunt vobis. dicite serui inutiles sum⁹ quod debuimus facere fecimus.

De enceniis quando voluerunt Jesum lapidare iudei. J. x. Capitulum. cv.

Facta sunt autē encenia in hierosolimis ⁊ hyems erat. Et ambulabat Jesus in templo in porticu salomonis. Circundederūt ergo eum iudei. ⁊ dixerunt ei. Quousq; animā nostrā tollis? Si tu es christus dic nobis palam? Respondit eis Jesus Loquor vobis ⁊ nō creditis. Opera que ego facio in nomīe patris mei hec testimoniū perhibent de me. sed vos non creditis/ quia nō estis ex ouibus meis. Oues mee vocem meā audiūt et ego agnosco eas ⁊ sequūtur me ⁊ ego vitam eternā do eis ⁊ nō peribūt in eternū/ et nō rapiet eas quisq̄ de manu mea. Pater meus quod dedit mihi maius omībus est et nemo potest eas rape de manu patrz mei. Ego et pater vnū sumus. Sustulerūt ergo lapides iudei vt lapidarēt eum. Respōdit eis Jesus Multa bona opa oñdi vobis ex patre meo. propter quod horū opus me lapidatis? Respōderūt ei iudei propter bonū opus nō lapidamus te sed de blasphemia/ ⁊ quia tu homo cum sis. facis teip̄m deum. Respondit eis Jesus. Nonne scriptū est in lege vestra. Ego dixi dij estis. Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est? ⁊ nō potest solui scriptura quē pat sanctificauit ⁊ misit in mūdum vos dicitis quia blasphemat. qr dixi filius dei sum. Si nō facio opa patris mei nolite credere mihi. Si autē facio et si mihi nō vultis credere. opibus credite. vt cognoscatis ⁊ credatis/ quia in me est pater ⁊ ego in patre. Querebāt ergo eum app̄hendere ⁊ exiuit de manibus eorum Et abijt iterum trās iordanē in eum locū vbi erat Johānes primū ⁊ mansit illic. Et mlti venerūt ad eum ⁊ dicebant/ quia Johānes quidem signū fecit nullum Omīa autem quecunq; dixit Johānes de hoc. vera erant et multi credide/runt in eum.

Incipiunt preambula passionis domini de suscitatōne Lazari. Johan. xi. Capitulum. cvi.

Potuissz hic fieri vna ptitio principalis quoniaz inchoat occasio proxima dñice passionis.

Erat autē quidā languēs lazarus
a bethaīa de castello marie ⁊ mar-
the sororū eius. Maria autē erat
que vnxit dñm vnguento ⁊ extersit pedes
eius capillis suis cui⁹ frater lazarus infir
mabat. Miserūt ergo sorores eius ad eū
dicentes. Dñe ecce quē amas infirmatur
Audiēs autē Jesus dixit eis. Infirmitas
hec nō est ad mortē ſz pro glīa domini vt
glorificet filius dei p eam. Diligebat aūt
martham ⁊ sororē eius Mariā ⁊ lazarū. Ut
ergo audiuit quia infirmabat tūc quidez
mansit in eodē loco duobus dieb⁹. dein-
de post hec dicit discipulis suis. Eam⁹ in
iudeā iterum. Dicunt ei discipuli Rabbi
nūc querebāt te iudei lapidare ⁊ iterū vа-
dis illuc. Rndit Jesus. Nonne. xij. hore
sunt diei. Si qs ambulauerit in die non
offendit q⁊ lucē huius mūdi videt. Si au
tem ambulauerit in nocte. offendit q⁊ lux
nō est in eo. Hec ait Et post hoc dicit eis
Lazarus amicus noster dormit sed vado
vt a somno excitē illū. Dixerūt ergo di-
scipuli eius. Dñe si dormit salu⁹ erit. Di-
xerat autē Jesus de morte eius Illi autem
putauerūt q⁊ de dormitōne somni dicer
Tūc ergo dixit Jesus manifeste. lazarus
mortu⁹ est/sed gaudeo propter vos vt cre
datis quia nō eram ibi sed eam⁹ ad eum.
Dixit ergo thomas qui dicit didimus ad
condiscipulos. Eam⁹ et nos ⁊ moriamur
cum eo Venit igit Jesus ⁊ inuenit eū qtu
or dies in monumēto iam habentē. Erat
autē bethania iuxta hierosolimā qsi sta-
dijs. xv. Multi autē ex iudeis venerāt ad
martham ⁊ Mariā vt consolarent eas de fra
tre suo Martha autē vt audiuit quia Je-
sus venit. occurrit ei Maria autē domi se-
debat. Dixit autē Martha ad Jesum Do
mine si fuisses hic. frater me⁹ nō fuisſz mor
tuus. sed ⁊ nūc scio. q⁊ quecūqz poposcer
a deo dabit tibi deus. Dicit illi Jesus. Re
surget frater tu⁹. Dicit ei Martha. Scio
quia resurget in resurrectōe in nouissimo
die. Dicit ei Jesus. Ego sum resurrectō ⁊
vita. qui credit in me etiāsi mortu⁹ fuerit
viuet Et oīs qui viuit ⁊ credit in me. nō
morietur in eternū. Credis hoc Ait illi.
Utiqz domine Ego credidi q⁊ tu es chri
stus filius dei viui qui in hūc mundū veni-
sti. Et cū hec dixisset. abiit ⁊ vocauit Ma
riam sororē suā silentio dicens Magister
adest. ⁊ vocat te. Illa autē vt audiuit. sur-
rexit cito ⁊ venit ad eum. Nondū enī vene
rat Jesus in castellū. sed erat adhuc in illo
loco vbi occurrerat ei Martha. Judei igi
tur qui erāt cum ea in domo ⁊ cōsolabātur
eam cū vidissent Mariā quia cito surrexit
⁊ exijt. secuti sunt eā dicentes q⁊ vadit ad
monumentū vt ploret ibi Maria ergo cū
venisset vbi erat Jesus. Videns eum ceci-
dit ad pedes eius ⁊ dixit ei. Dñe si fuisses
hic frater me⁹ nō fuisset mortu⁹ Jesus au
tem vt vidit eam plorantē ⁊ iudeos qui ve
nerāt cum ea plorātes. fremuit spū et tur-
bauit semetipm ⁊ dicit vbi posuistis eum.
Dicūt ei. Dñe veni et vide ⁊ lachrymatus
est Jesus. Dixerūt ergo iudei. Ecce quo-
modo amabat eū. Quidā autē ex ipſ dixe
runt. Non poterat hic qui oculos ceci nati
aperuit facere vt et hic nō moreret Jesus
ergo rursum fremēs in semetipso venit ad
monumentū. Erat autē spelūca ⁊ lapis su
prapositus erat ei. Ait Jesus. Tollite lapi
dem. Dicit ei Martha sororeius q fuerat
mortu⁹ Dñe iam fetet. quatriduan⁹ enim
est. Dicit ei Jesus. Nonne dixi tibi si cre
dideris videbis gloriā dei. Tulerūt ergo
lapidē Jesus autē elevatis sursum oculis
dixit Patratias tibi ago pater quoniā audi
sti me. ego aūt sciebā quia semp me audis
sed propter populū qui circunstat dixi vt
credāt quia tu me misisti. Hec cū dixisset
voce magna clamabat Lazare veni foras
⁊ statim pdijt qui fuerat mortu⁹ ligat⁹ ma
nus ⁊ pedes institis Et facies illius suda
rio erat ligata. Dicit ei Jesus. soluite eū ⁊
sinite abire. Multi ergo ex iudeis qui ve
nerant ad mariā ⁊ viderāt que fecit credi
derūt in eū Quidā autē ex ipsis abierunt
ad phariseos ⁊ dixerūt eis que fecit Iesus.

De conspiratōe fa-
cta cōtra Jesum ⁊ eius egressu in effrem.

Joh. xi. Capitulum. vij.

Collegerūt ergo pōtifices ⁊ phari
sei conciliū. ⁊ dicebāt. Quid faci-
m⁹ quia hic homo multa signa facit. si di-
mittim⁹ eum. sic oīes credent in eū. ⁊ ve-
nient Romani ⁊ tollent nostrū locū ⁊ gen-
tē. Unus autē ex ipsis cayphas noīe cuz
esset pōtifex anni illius dixit eis. Vos ne
scitis quicqz nec cogitatis q⁊ expedit vo-
bis vt vnus moriat homo pro pplo. ⁊ nō
tota gens peat. Hoc autē a semetipso nō
dixit. sed cū esset pōtifex anni illi⁹ pphauit

quia Jesus moritur⁹ erat pro gente ⁊ non tm̄ pro gente sed vt filios dei qui erāt dispersi cōgregaret in vnū. Ab illo ergo die cogitauerūt vt interficerēt eum Jesus autem iā non in palā ambulabat apud iudeos sed abijt in regionē iuxta desertū in ciuitatē que dicit̄ Effrem ⁊ ibi morabat̄ cū discipulis suis. Et abierūt multi ierosolimā de regiōe ante pascha vt sanctificarēt seip̄os. Querebāt ergo Jesum ⁊ colloquebant̄ adinuicē in templo stātes Quid putatis quia nō venit ad diē festū? Dederāt autē pontifices ⁊ pharisei mandatū vt si quis cognouerit vbi sit indicet vt apprehendant eum.

De ascensu Jesu in hierusalē. M.xx. R.x. L.xviij.

Capitulum.cviij

Erant. R. autē in via ascendētes in hierosolimā. et p̄cedebat illos Jesus. ⁊ stupebāt/et sequētes timebāt Et. M ascendēs M. iesus hierosolimā assumpsit iterꝫ R. duodeci. M. R. discipulos. L. suos secreto cepit R. eis dicere que essent ei ventura Et. M. ait. R. illis. L. Ecce nos ascendim⁹ hierosolimā ⁊ cōsummabūtur omnia que scripta sunt p ꝓphas de filio homis. Tradet̄. M. R. enī principib⁹ sacerdotū ⁊ scribis ⁊ senioribꝫ. R. ⁊ condemnabūt. M. R. eum morte ⁊ tradēt. M. R. illū gentib⁹ ad illudendū ⁊ flagellandū et crucifigendū. ⁊. L. conspuet̄ R. Et postq̄ flagellauerint occidēt eū. ⁊. M. tertia. R. L. die resurget. Et ipsi nihil horū intellexerūt. ⁊ erat verbū istud abscōditū ab eis: ⁊ nō intelligebant que dicebātur.

Quāuis sub vno cōtextu ponant̄ seq̄ntia q̄i fuerit vnicus ascēsus christi in hierusalē tm̄ ꝓbabilius ē fuisse diuersos cursus ⁊ recursus xp̄i in quibus facta sequūtur vt magister Nyco. de ly. notat.

De.x. leprosis sanatis in via. L.xvij. Capitulum. cix.

Et factū est dū iret in hierusalē trāsibat p mediā samariā ⁊ galileam. ⁊ cū ingrederet̄ quoddā castellum occurrerūt ei decē viri leprosi. qui steterūt alonge ⁊ leuauerūt vocē dicentes. Jesu p̄ceptor miserere nostri. Quos vt vidit dixit. Jte ostendite vos sacerdotib⁹. Et factum est dū irent mūdati sunt. Vn⁹ autē ex illis vt vidit quia mūdat⁹ est regressus est cū magna voce magnificās deū. ⁊ cecidit in faciē ante pedes ei⁹ gratias agēs. et hic erat samaritan⁹ Respondēs autē Jesus dixit. Nonne decē mūdati sunt. ⁊ nouem vbi sunt? Non est inuētus qui rediret ⁊ daret gloriā deo nisi hic alienigena. ⁊ ait illi. Surge. vade quia fides tua saluū te fecit.

De non receptiōe christi p samaritanos. Luce.ix. Ca.cx.

Factū est autē dum cōplerent̄ dies assumptōis eius ⁊ ipse faciē suaꝫ firmauit vt iret in hierusalē ⁊ misit nūcios ante conspectū suū. Et euntes intrauer̄t in ciuitates samaritanoꝝ vt pararēt illi: ⁊ nō receperūt eum qꝛ facies ei⁹ erat eūtis in hierusalē Cuꝫ autē vidissent discipuli eius Jacob⁹ ⁊ iohannes dixerūt Dn̄e si vis dicim⁹ vt ignis descendat de celo ⁊ cōsumat eos sicut ⁊ helias fecit. Et cōuersus increpauit eos dicēs. Nescitis cuius spūs estis. filius homis nō venit aīas pdere sed saluare ⁊ abierūt in aliđ castellū

De petitione filiorum zebedei. M.xx. R.x. Capitu.cxi.

Tunc M. accessit ad eū mater filiorū zebedei cū filijs adorās ⁊ petens aliq̄d ab eo. q̄ dixit ei. Quid vis. Et R. accedūt ad eū filij zebedei Jaco. ⁊ Johan. dicentes Magister volum⁹ vt quodcūq̄ petierim⁹ facias nobis. At ille dixit eis q̄d vultis vt faciā vobis. ⁊ dixerūt da nobis vt vn⁹ ad dexterā ⁊ alius ad sinistrā tuam sedeam⁹ in gloria tua. Ait. M. illi mater. Dic vt sedeant hi duo filij mei vnus ad dexterā tuam ⁊ vn⁹ ad sinistram tuā in regno tuo. Respondēs. M. R. autē Jesus dixit eis. Nescitis quid petatis. Potestis. M. R. bibere calicē quem ego bibo. R. bibiturus. M. sum? aut baptismo. R. quo ego baptisor baptisari. At M illi. R. dixerūt ei Possum⁹ Ait illis Jesus R. M. calicē quidē meū bibetis et. R. baptismo quo baptisor baptisabimi. sedere M. R. autē ad dexterā vel sinistrā meam

Potuit vtrūq̄ fieri q̄ et mater peteret ⁊ filij. vt dicūtur petiisse qꝛ matrē mouerāt ad petenduꝫ iō dominus respondit eis.

non est meũ dare vobis sed quib⁹ paratuz est a patre. M. meo. Et audiẽtes. M. R. decem indignati sunt de duob⁹ fratrib⁹ iacobo R. ⁊ Johãne Jesus. M. autẽ. R. vocauit eos ad se ⁊ ait illis. Scitis. M. R. quia. M. principes gentiũ hi. R. qui videntur pricipari gẽtibus dominãt eis. et M. qui maiores sunt potestatẽ exercent in eos. Non ita. M. R. erit inter vos. sed M. quicunq̃. R. inter. M. vos voluerit maior. R. fieri sit. M. vester minister. R. Et R. quicũq̃ voluerit inter vos primus esse. erit. M. R. vestrũ. M. omniũ. R. seruus. M. R. sicut. M. filius. R. hominis nõ venit ministrari sed ministrare ⁊ aĩam suam dare redemptõem pro multis.

De illuminatione

ceci ⁊ de zacheo ⁊ de decẽ mnis L. xviij. ⁊ xix. R. x. Capitulum. cxij.

Factũ. L. de. c. xviij. est autẽ cũ appropinquaret Jesus iericho. Cecus quidã sedebat secus viã mendicans ⁊ cũ audiret turbã pretereuntẽ interrogabat q̃d hoc esset. Dixerunt autẽ ei q̃ Jesus nazaren⁹ trãsiret. Et clamauit iesu fili dauid misereri mei. Et q̃ preibãt increpabãt eũ vt taceret. Ip̃e vero multomagis clamabat fili dauid miserere mei. stãs autẽ Jesus iussit illũ adduci ad se. Et cuz appropinquasset interrogauit illũ dicẽs. quid vis vt faciã tibi? At ille dixit. Domine vt videã. Et Jesus dixit illi. Respice. fides tua saluũ te fecit Et confestim vidit. ⁊ sequebat illũ magnificãs deum. Et om̃is plebs vt vidit dedit laudẽ deo ⁊ veniunt. R. iericho. Et. L. de. c. xix. ingressus pambulabat iericho. Et ecce vir nomĩe zacheus ⁊ hic erat princeps publicanorũ ⁊ ipse diues. ⁊ querebat videre Jesum q̃s esset et nõ poterat pre turba q̃ statura pusillus erat. ⁊ p̃currens ascẽdit in arborẽ sicomorũ vt videret illũ. quia inde erat trãsiturus Et cũ venisset ad locũ suspiciẽs Jesus vidit illũ ⁊ dixit ad illũ. zachee festinans descende q̃ hodie in domo tua oportet me manere ⁊ festinãs descendit ⁊ suscepit illũ gaudẽs in domũ suã. Et cum viderẽt omnes murmurabãt dicentes q̃ ad hominẽ peccatorẽ diuertisset. Stans autẽ zacheus dixit ad dominũ. Ecce dimidiũ bonorũ meoꝝ dñe do paupib⁹ ⁊ siquid aliquẽ defraudaui reddo quadruplũ. Ait Jesus ad eũ. quia hodie domui huic salus facta est eo q̃ et ipse sit filius abrae. Venit eniz filius homĩs querere ⁊ saluũ facere q̃d perierat. Dec illis audiẽtibus adijciens parabolã dixit eo q̃ ꝓpe hierusalẽ essz Et q̃ estimarẽt q̃ confestim regnũ manifestaret dixit ergo. Homo quidã nobilis abijt in regionẽ longinquã accipe regnũ ⁊ reuerti. Vocatis autẽ decem seruis suis dedit illis decẽ mnas ⁊ ait illis. Negotiamini dũ venio. Ciues autẽ eius oderant illũ ⁊ miserũt legationẽ post illũ dicentes. Nolum⁹ hunc regnare sup̃ nos. Et factũ est cũ rediret accepto regno iussit vocari ꝑuos quib⁹ dederat pecuniã vt sciret quantũ quisq̃ negociatus esset. Venit autẽ prim⁹ dicens. Dñe mna tua decẽ mnas acq̃siuit. Et ait illi. Euge serue bone q̃ ĩ modico fidelis fuisti. eris potestatẽ habens supra decẽ ciuitates Et alter venit dicẽs. Dñe mna tua fecit q̃nq̃ mnas. Et huic ait ⁊ tu esto sup̃ quinq̃ ciuitates Et alter venit dicẽs dñe ecce mna tua quã habui repositã in sudario. timui enĩ te quia homo austerus es tollis quod nõ posuisti ⁊ metis quod nõ semĩasti. Dicit ei de ore tuo te iudico ꝑue nequã Sciebas q̃ ego homo austerus sum tollẽs q̃d non posui ⁊ metẽs quod nõ seminaui Et quare nõ dedisti pecuniã meã ad mensaz ⁊ ego veniens cũ vsuris vtiq̃ exegissem illam? Et astantibus dixit. Auferte ab illo mnã ⁊ date ei qui decẽ mnas habet. Et dixerũt illi. Dñe decẽ mnas habet. Dico autẽ vobis quia om̃i habẽti dabit ⁊ abũdabit. Ab eo autẽ qui nõ habet ⁊ q̃d hz aufert ab eo. Veruntamẽ inimicos meos illos qui noluerũt me regnare sup̃ se adducite huc ⁊ interficite añ me. Et his dictis precedebat ascendẽs hierosolimã.

Consonat illa parabola cũ illa de talentis infra Mathei vicesimoq̃nto.

De duobus cecis

in egressu iericho sanatis. M. xx. R. x. Capitulum. cxiij.

Et egrediẽtibus. M. illis ab iericho ⁊ proficiscente R. eo et discipulis eius secuta. M. est eum turba multa. Et ecce duo ceci sedẽtes secus viã audierũt q̃ Jesus transiret ⁊ clama

Marcus nominat hunc solum q̃ formosior erat vl' non esset improbabile

uerũt dicentes Dñe mise/
rere nostri fili dauid Fili/
us. R. autem thymei bar
thyme⁹ cecus sedebat sec⁹
viam mendicãs. Qui cũ
audisset qꝛ Jesus nazare
nus est cepit clamare ⁊ di
cere. Jesu fili dauid mise/
rere mei. Turba. M. aũt
increpabat eos vt tacerẽt
⁊ cõminabant̃. R. multi.
At. M. illi magis clama/
bant dicẽtes. Dñe misere
re nostri fili dauid. et. R.
stans. M. Jesus vocauit
M. eos ⁊ vocabãt R. cecũ
dicentes ei. Animeq̃or esto Surge vocat
te. Qui ꝓiecto vestimẽto suo exiliẽs venit
ad eum. Et ait. M. Jesus. R. Quid. M
vultis vt faciã vobis. Dicũt dñe Raboni
R. vt. M. apiant̃ oculi nostri. Misertus
autẽ eorũ Jesus tetigit oculos eorum Je/
sus autẽ dixit. Vade fides tua te saluũ fe/
cit. ⁊ cõfestim M. viderũt ⁊ secuti sunt eũ

dicere ꝙ ali
a sit historia
Marci alia
Mathei. si/
cut diuersis
vicibus po/
tuit Jhesus
egredi de ie/
richo ⁊ sana
re nũc duos
nunc vnũ ce/
cũ Ideo sup
pleat hic in/
telligẽtia le
ctoris modũ
loquẽdi nũc
ad vnũ nunc
ad duos.

De alabastro vnguẽti. M. xxvi. R. xiiij. J. xij. Ca. cxiiij

Jesus J. ergo añ sex
dies pasce vẽit betha
niã vbi fuerat lazar⁹
mortu⁹ quẽ suscitauit Je/
sus. Fecerũt autẽ ei cenaz
ibi in. R. domo symonis
leprosi ⁊ Martha. J. mi/
nistrabat lazar⁹ vero erat
vnus ex discũbentib⁹. Et
R. cũ discumberet veniẽs
R. Mar. mulier Maria
J. accepit librã vnguenti nardi pistici p̃/
ciosi ⁊ vnxit pedes Jesu ⁊ extersit capillis
eius pedes Jesu Et. R. fracto alabastro ef
fudit super caput ip̃ius recũbentis. M. ⁊
domus. J. repleta est ex odore vnguenti.
Erant. R. autẽ quidã indigne ferẽtes in/
tra semetip̃os discipuli M. ⁊ dicentes R.
Vt quid ꝑditio hec vnguẽti facta est? Di
xit. J. ergo vnus ex disci/
pulis suis Judas scario/
this qui eũ erat traditur⁹
Quare hoc vnguẽtũ nõ
venit trecentis denarijs ⁊
datũ est egenis? Poterat
R. eni vnguentũ istud ve

Non est hec
hystoria d̃ q̃
Lucas supra
c. vij. et tres
euangeliste
loquuntur ꝑ
rememorati
onẽ duz hoc
referũt prĩo
die azimoꝝ.

Potest salua
ri hoc ꝙ sol⁹
iudas mur/
murabat ꝑ
modum quo
dicũt̃ plures
aliquid face

nundari multo. M. R.
plusq̃ trecẽtis denarijs ⁊
dari pauꝑibus. Dixit. J.
autẽ hoc nõ. quia de ege/
nis ꝑtinebat ad eũ sed qꝛ
fur erat ⁊ loculos habens
ea que mittebãtur portabat. ⁊ fremebant
R. in eam Sciẽs. M. autẽ Jesus ait illis
Sinite. L. illaz vt in diem sepulture mee
seruet illud. Quid molesti estis. M. huic
mulieri? opus eni bonum opata est in me
Semꝑ eni pauꝑes habetis vobiscũ ⁊ cũ
voluerit⁹. R. poteritis eis bene facere. me
M. R. autez. J. non semꝑ habebitis/ qd̃
habuit. R. hoc fecit preuenit vngere cor/
pus meũ in sepulturã. mittens M. enim
hec vnguentũ hoc in corpus meũ ad sepe
liendũ me fecit. Amen M. dico. R. vobis
vbicũq̃ predicatũ fuerit euãgeliũ hoc in
toto mũdo et ꝙ hoc fecerit narrabitur in
memoriam eius.

re qñ vn⁹ ex
eis male fa/
cit vel qꝛ so/
lus male mo
uebatur. alij
pie.

De sessione aselli M. xxi. R. xi. J. xij Capi. cxv

Cognouit. J. ergo turba multa ex
iudeis qꝛ illic esset ⁊ venerũt non
propter Jesum tm̃ sed vt lazarum
viderẽt quẽ suscitauit a mortuis. Cogita
uerunt autẽ principes sacerdotũ vt ⁊ La
zarũ interficerẽt quia multi ꝓpter illũ abi/
bant ex iudeis ⁊ credebãt in Jesuz. In cra
stinũ autẽ turba multa que cõuenerat ad
diem festũ cum audisset quia Jesus venit
hierosolimã. acceperũt ramos palmarũ ⁊
processerũt obuiã ei. Et factũ. L. est cũ ap
propinquasset Jesus ad bethsage ⁊ betha
niã ad mõtem qui vocat̃ oliueti misit. M
R. duos discipulos dicẽs illis. Ite in ca/
stellum qd̃ contra vos est In quod. L. in
troeũtes statim inuenietis asinã alligatã
⁊ pullum. L. R. asine alligatũ cum ea cui
nemo vnq̃ hoĩm sedit. Soluite ⁊ addu/
cite illũ Et. L. siquis vos
interrogauerit quare sol/
uitis. sic dicet⁹ ei quia do
min⁹ operã ei⁹ desiderat ⁊
necessari⁹. R. est. et domi
nus M. his opus hz ⁊ cõ
festim dimittere eos Hoc
autẽ factũ est vt adimple
retur qd̃ dictũ est per pro
phetã. R. dicentẽ. Dicite
filie syon. Ecce rex tuus

Glosa.

Sequuntur
hic euãgeli/
ste diuersas
trãslatõnes
illius ꝙ ha/
bet̃ zacharie
ix. put eĩ vo
luit ꝑsũsicũs
trãslatõnem

venit tibi mansuetus sedens sup asinā ⁊ pullum filiū sub iugalis. Noli. J. timere filia syon Ecce rex tuus venit sedēs sup pullum asine Hec nō cognouerūt discipuli eius ꝑmū sed quando glorificat⁹ est Jesus. tūc recordati sunt quia hec scꝑta erāt de eo ⁊ hec fecerūt ei. Euntes. M. autē discipuli fecerūt sicut precepit eis iesus. Et. R. inuenerunt pullū alligatū ante ianuā foris in biuio ⁊ soluerunt eū. Soluētibus. L. autē illis pullū dixerūt dñi eius ad illos/ quid soluitꝫ pullū. At illi dixerūt sicut. R precepit eis Jesus. qꝛ. L. dñs eū necessariū habet. R. et dimiserūt eis ⁊ adduxerūt M. asinam ⁊ pullū ⁊ imposuerūt sup eos vestimenta sua et eū desup sedere fecerūt. Eunte L. autē illo plurima. M. turba strauerunt vestimēta sua in via autē ramos de arborib⁹ cedebāt ⁊ sternebāt ī via. Turbe autē aque ꝑcedebāt ⁊ q̄ sequebant̄ clamabāt dicētes. Osanna filio dauid. Benedictus q̄ venit in noīe dñi. ⁊. R. bñdictū quod venit regnū patris nr̄i dauid osanna in excelsis Et cū appropinq̄ret iā ad descensum mōtis oliueti ceperūt omnes turbe descendiū gaudētes laudare deum voce magna sup om̄ibus quas viderant virtutib⁹ dicētes. Benedict⁹. J. qui venit in noīe domini. pax in celo ⁊ gloria in excelsis. Benedictus q̄ venit in nomīe dñi rex israel. Testimoniū ergo ꝑhibebat turba q̄ erat cum eo quādo lazaꝝ vocauit de monumēto ⁊ suscitauit eū a mortuis ꝓpterea ⁊ obuiā venit ei turba quia audierunt eū fecisse hoc signū Pharisei ergo dixerūt ad semetip̄os Videtis quia nihil ꝓficim⁹. Ecce mūdus totus post eum abijt Et quidā. L. phariseorū de turbis dixerunt ad illū. Magister increpa discipl̄os tuos. Quib⁹ ipse ait. Et si hi tacuerint lapides clamabūt.

septuaginta venire ad gētes ita voluit vt trāsferret et hoc videlicet ꝓ satisfactione om̄ī ī quibus septuaginta defecerunt ab hebraica veritate.

Glosa Accipiendū est q̄ successiue sederit dñs sup asinam ⁊ pullū

De fletu Jesu super ciuitatē et eiectōe vendentiū. M. xxi. R. xi. Lu. xix.

¶ Capitulum. cxvi.

Et. L. vt appropinquaret vidēs ciuitatē fleuit sup illā dicēs Quia si cognouisses ⁊ tu. Et quidem in hac die tua que ad pacē tibi. Nūc autē abscondita sunt ab oculis tuis. qꝛ venient dies in te. ⁊ circundabūt te inimici tui vallo ⁊ circundabūt te ⁊ coangustabūt te vndiq̄ ⁊ ad terrā prosternēt te ⁊ filios tuos/ qui in te sunt. ⁊ nō relinquēt in te lapidez sup lapidē eo q̄ nō cognoueris temp⁹ visitatōnis tue. Et R. introiuit hierosolimā Et cum. M. intrasset cōmota est vniuersa ciuitas dicēs. Quis est hic? Populi āt dicebāt. Hic est Jesus ꝓpheta a nazareth galilee. Et intrauit Jesus in templū dei et eijciebat om̄es vendētes ⁊ emētes in illo. L. de templo. M et mēsas numulariorū et cathedras vendentiū columbas euertit ⁊ nō. R. sinebat vt quisq̄ trāsferret vas ꝑ templū Et docebat eos dicēs. Nōne. R. M. scriptū est. domus mea dom⁹ orōnis vocabitur cūctis. R. gētibus? Vos. M. autez R. fecistis eam speluncā latronū Et accesserūt. M. ad eum ceci ⁊ claudi in templo et sanauit eos Vidētes autē principes sacerdotū mirabilia que fecit ⁊ pueros clamātes in templo/ ⁊ dicētes. Osanna filio dauid indignati sunt ⁊ dixerūt ei: Audis quid isti dicūt? Jesus aūt dixit eis Utiq̄ Nunq̄ legistis. Ex ore infantiū deus ⁊ lactentiū ꝑfecisti laudē. Et. L. erat quotidie docēs in templo. Principes autē sacerdotū ⁊ scribe ⁊ principes plebis querebant illū ꝑdere ⁊ nō inueniebāt quid facerent ei. Om̄is enim populus suspensus erat audiens illum.

Hec fuit eiectio secundaliq̄ hystoria scolastica videat̄ cū hac miscere primā. d̄ qua supra Jo. scd̄o ⁊ miscet hystoriā de Nicodemo.

De gentibus querentib⁹ videre Jesum ⁊ de predicatiōe ei⁹ J. xij. Et regressu eius in bethaniam. M xxi. R. xi.

Capitulum. cxvij

Erant J. autem gentiles quidā ex his qui ascēderat vt adorarēt in die festo. Hi ergo accesserunt ad philippū qui erat in bethsaida galilee. et rogabāt eum dicētes. Dñe volum⁹ Jesuz videre. Venit Philippus ⁊ dixit andree Andreas rursum ⁊ philippus dixerūt Jesu. Jesus autē rñt eis dicēs. Venit hora

vt clarificet filius homis. Amen amen dico vobis. Nisi granū frumenti cadēs in terrā mortū fuerit ipm solum manet. Si autē mortuū fuerit multū fructum affert. Qui amat animā suā perdet eā z qui odit animā suā in hoc mūdo in vitā eternā custodit eam. Si qs mihi ministrat me seq̄tur. z vbi ego sum illic et minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit honorificabit eum pater meus qui est in celis. Nūc anima mea turbata est. z quid dicā. Pat sal/uifica me ex hac hora sz propterea veni in hanc horā. pater clarifica nomē tuum alias filiū tuū. Venit ergo vox de celo z clarificaui z iterū clarificabo. Turba ergo que stabat z audierat dicebat tonitruū factuz esse. Alij dicebant. Angel⁹ ei locutus est. Respōdit Jesus z dixit. Non pter me vox hec venit sed propter vos. Nūc iudiciū est mūdi. nūc princeps huius mundi eiicietur foras. z ego si exaltatus fuero a terra omnia trahā ad meipm. Hoc autē dicebat significās qua morte erat moriturus. Respōdit ei turba. Nos audiuim⁹ ex lege/ quia xps manet in eternū. z quomodo tu dicis oportet exaltari filiū homis. Quis est filius homis. Dixit ergo eis Jesus. Adhuc modicū lumen in vobis est. Ambulate dū lucem habetis vt nō tenebre vos cōprehēdant. Et qui ambulat in tenebris nescit quo vadit. Dum lucē habetis credite in lucem vt filij lucis sitis. Hec locutus est Jesus z abijt z abscondit se ab eis. Et relictis M. illis z circūspectis. R. oīmbus cū iaz vespa esset hora exijt in bethaniā cum. xij. foras. M. extra ciuitatē ibiq̄ māsit z docebat eos de regno dei.

De ficulnea arefacta.

M. xxi. R. xi. Capitulum. cxviij

Talia. M. die. R. cum exiret de bethania mane. M. reuertens in ciuitatē esurijt. Cumq̄ R. vidisset alonge ficū secus. M. viā habentē. R. folia venit ad eū. M. si quid. R. forte in ea inueniret. Et cū venisset nihil inuenit preter folia. Non enī erat tempus ficorū. Et respondēs dixit illi. Nunq̄. M. ex te fructus nascat in eternū. Nō R. amplius in eternuz ex te quisq̄ fructus māducz Et arefacta. M. est continuo ficulnea. Et videntes discipuli ficū. R. aridam factā a radicibus mirati. M. sunt dicentes. Quomodo cōtinuo aruit. Et recordatus Petr⁹ dixit ei Rabbi Ecce ficus cui maledixisti aruit. Respōdēs autē Jesus ait. Habete fidem dei. Amen. M. dico. R. vobis si habueritis fidē z nō hesitaueritis nō solum de ficulnea facietis sed z si mōti huic dixeritis. tolle te et iacta te in mare ita fiet. Propterea. R. dico vobis. Oīmia quecūq̄ orātes petitis credite quia accipietis z veniēt vobis. Et cū stabitis ad orandū dimittite si quid habetis aduersus aliquē vt z pater vester qui in celis est dimitrat vob̄ peccata vestra.

ne ficulnea fuit arefacta et non dīca sic aliqui dicūt Et ly. cōtinuo refert ad viē pcedētem.

De questione baptismi Johānis.

M. xxi. R. xi. L. xx. Capitulum. cxix.

Et L. M. cū venisset i templū factū est vna dierū docente illo populū in templo z euangelisante cōuenerūt z accesserūt. M. ad eū docentē principes sacerdotū z scribe. L. cū senioribz populi. M. dicētes. In qua potestate hec facis. et q̄s dedit tibi hanc potestatē vt ita R. facias. Dic. L. nobis. Respōdēs. M. Jesus. R. dixit. L. Interrogo vos z ego vnū sermonem quē si dixeritis mihi z ego vobis dicam in q̄ potestate hec facio. Baptismus Johānis vnde erat. De celo an ex hominib⁹. timem⁹ turbam. Oīmes enī habent iohannē sicut prophetā. Et respōdentes ihesu dixerūt. Nescimus. Ait illis z ipse. Neq̄ ego dico vobis in qua potestate hec facio.

De duobus filiis quoz vnus facit volūtatē patris

M. xxi. Capitulum. cxx.

Quid autē vobis videtur. Homo quidā habebat duos filios z accedēs ad primū dixit. Fili vade hodie opari in vinea mea. Ille autē respondēs. Nolo. postea ātem penitētia motus abijt. Accedēs ātem ad alterū dixit silr. At ille rndēs ait. Eo domine et nō iuit. Quis ex duob⁹ istis fecit

voluntatē patris? Dicūt prim⁹ Dicit eis iesus. Amē dico vobis qꝛ publicani ⁊ meretrices p̄cedēt vos in regnū dei Venit āt ad vos Johānes in via iusticie ⁊ nō credidistis ei. publicani autē ⁊ meretrices credi derūt ei. Vos autē videntes nec penitentiā habuistis postea vt crederetis ei.

De iudice iniquitatis ⁊ de phariseo ⁊ publicano. L. xviij. Capitulum. cxxi.

Dicebat autē ⁊ parabolā ad illos quoniā oportet semp orare ⁊ non deficere dicēs. Iudex quidā erat in ciuitate quadā qui deū nō timebat ⁊ iudicē nō reuerebat. Vidua autē quedā erat in ciuitate illa ⁊ veniebat ad eū dicēs. Vindica me de aduersario meo ⁊ nolebat p multuz temp⁹ Post hec autē dixit intra se. Etsi deum nō timeo nec hoīem. reuereor tñ quia molesta est mihi hec vidua. vindicabo eā ne in nouissimo veniēs suggillet me. Ait autē domin⁹. Audite quid iudex iniquitatis dixit. Deus autē nō faciet vindictaz electorū suorū clamantiū ad se die ac nocte ⁊ patientiā habebit in illis? Dico vob qꝛ cito faciet vindictā illoꝝ Veruntñ filius homīs veniēs putas inueniet fidē sup terrā? Dixit aūt ⁊ ad q̄sdam q̄ in se confidebāt tanq̄z iusti ⁊ aspernabant ceteros parabolā istam dicēs. Duo hoīes ascenderūt in templū vt orarēt. vnus pharise⁹ ⁊ alter publican⁹ Phariseus stās hec apd̄ se orabat. Deus gratias tibi ago qꝛ nō sum sic ceteri hoīm. raptores iniusti. publicani. adulteri velut etiā hic publican⁹. Jeiuno bis in sabbato decimas do oīm que possideo Et publican⁹ alōge stans nolebat nec oculos ad celū leuare sed pcutiebat pect⁹ suū dicēs. Deus ꝓpicius esto mihi pctōri Dico vobis. descēdit hic iustificat⁹ in domū suam ab illo. qꝛ om̄is q̄ se exaltat humiliabit. et qui se humiliat exaltabitur

De parabola locate vinee agricolis. M. xxi. R. xij. L. xx. Capitulum. cxxij

Aliam. M. parabolā audite. Cepit R. autē ad plebē dicere parabolam hanc Hō. M. q̄dā. R. L. erat M. paterfamilias q̄ plātauit vineā ⁊. R. sepē circūdedit ei ⁊ fodit in ea torcular. lacū R. fodit ⁊ edificauit. M. turrī. ⁊ locauit eam agricolis colonis L. Et pfectus est pegre M. R. multis L. tpibus. Cum. M. aūt tp̄s fructuū appropinq̄sset in. L. tpe vindemie misit. M. R. L. ꝑuos suos ad agricolas cultores L. vt de fructu vinee darēt illi. Et. M. accipent ab agricol. R. fruct⁹ M. eius. Et agricole app̄hensis ꝑuis ei⁹ aliū ceciderūt ⁊ dimiserūt. R. L. vacuū et inanē. L. aliū. M. occiderūt. aliū vero lapidauerūt. Jteꝝ misit alios ꝑuos plures prioribꝫ ⁊ fecerūt eis silr. in capite R. cedētes L. vulnerauerūt. R. ⁊ cōtumelijs affecerūt. ⁊ addidit alteꝝ mittere q̄ ⁊ illū vulnerātes eiecerūt Nouissime. M. autē adhuc. R. hñs vnū filiū charissimū dixit. L. dñs vinee. Quid faciā? Mittā filiū meuz dilectū. ⁊ illū. M. R. misit ad eos nouissime. dicēs qꝛ forte verebunt. L. filiū meuz cū hūc viderīt. Quē. L. cū. M. vidissent coloni cogitauerūt intra se ⁊ dixerūt R. ad inuicē Hic. M. est L. heres. R. venite occidam⁹ eū ⁊ habebim⁹ hereditatē vt L. nostra sit hereditas Et M. apprehensum R. L. eū. eiecerūt eum extra vineā ⁊ occiderūt Cuz ergo venerit dñs vinee q̄d faciet agricolis illis? Veniet. R. L. ⁊ pdet colonos Malos M. male pdet. et vineā suam locabit alijs agricolis. q̄ reddēt ei fructū tempibꝫ suis Quo L. audito dixerūt illi. Absit Ille autē respiciens eos dixit. Quid ergo est hoc qd̄ scriptū est. R. nec M. scripturā hāc legistis Lapidē quē reprobauerunt edificantes hic factus est in caput anguli A dño factū est istud ⁊ est mirabile in oculis nostris. Jdeo M. dico vobis qꝛ auferet a vobis regnū dei ⁊ dabit gēti facienti fruct⁹ L. ei⁹ Om̄is M. q̄ ceciderit sup lapidē istū cōquassabit. sup quē aūt ceciderit cōminuet ⁊ ꝯteret eū. Et cū audissent principes sacerdotū ⁊ pharisei parabolas ei⁹ cognouerūt q̄ de ipsis dicerz Et querētes eū tenere ⁊. L. mittere in illū manus in illa hora timuerūt populū qꝛ M. sicut ꝓphaz illū habebāt ⁊ relicto eo abierūt

Hoc est itelligendū dixisse christū vel aliquos de iudeis. illud autē qd̄ sequit absit dixerūt alij. vel ipsi oēs itellecta parabola xp̄i.

De veste nuptiali. M. xxij. Cōsonat L. supra. xiiij. cū Gl. iij Capitulum. cxxiij.

Et respondēs Jesus dixit iterū in parabolis eis dicēs. Simile factū est regnū celorū homi regi q̄ fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias z nolebāt venire. Iterū misit alios seruos dicēs dicite inuitatis ecce prādiū meū parauī. thauri mei z altilia occisa z oīa parata venite ad nuptias Illi autē neglexerūt z abierūt alius in villā suam alius ad negociatiōem suā. reliqui vero tenuerūt seruos ei⁹ z cōtumelias affectos occiderūt. Rex autē cū audisset iratus est z missis exercitib⁹ suis perdidit homicidas illos z ciuitatē illorū succendit. Tūc ait seruis. Nuptie quidē parate sunt sed q̄ inuitati erāt nō fuerūt digni. Ite ergo ad exitus viarū z quoscūq̄ inueneritis vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias cōgregauerūt oēs quos inuenerūt malos z bonos z implete sunt nuptie discumbētiū. Intrauit autē rex vt videret discūbentes z vidit ibi hoīem nō vestitū veste nuptiali. z ait illi Amice quomodo huc intrasti nō habēs vestē nuptialem? At ille obmutuit Tūc dixit rex ministris. ligatis pedib⁹ z manib⁹ mittite eū in tenebras exteriores Ibi erit fletꝰ z stridor dentiū. Multi enī sunt vocati pauci vero electi.

De tributo reddendo cesari

M. xxij. R. xij. L. xx. Ca. cxxiiij

Tunc. M. abeūtes pharisei consilium inierūt vt capent eū in sermone. z. L. obseruātes miserūt insidiatores quosdā. R. ex phariseis discipulos M. suos cū herodianis. L. q̄ se iustos simularēt vt eū capent in verbo z traderēt principatui z potāti p̄sidis. Qui R. venientes interrogauerūt. L. illū dicētes Magister. M. R. scim⁹ q̄ verax es z recte. L. dicis z doces z nō. M. est tibi cure de aliq̄ z R. nō curas quenq̄. Non. M. enī. L. respicis alias recipis p̄sonā hoīs neq̄. R vides in faciē sed. L. in veritate. M. viaz dei doces Licet. L. M. nobis R. dare tributū cesari an nō dabim⁹? R. Cōsiderās L. autē dolum illorū sciens versuciā eoz z cognita. M. Jesus nequicia eorum. Ait. Quid. R. me tentatis ypocrite? Ostendite mihi nūmisma census Afferto R. mihi denariū. L. vt videā? Ait. M. illi. R. obtulerūt ei denariū. Et ait illis Jesus Cui⁹ M. est imago hec z supscriptio eius? Cuius. L. habet imaginē z supscriptōez? Et respōdētes. L. dixerūt ei. Cesaris. M. R Tunc. M. R. ait. L. illis reddite ergo q̄ sunt cesaris cesari z que sunt dei deo. z. L nō potuerūt reprehendere verbū ei⁹ coram plebe. Et. M. audiētes mirati sunt omnes. R. sup eo z mirati. L. sunt in rūso ei⁹ et tacuerūt. z relicto eo. R. abierunt.

De muliere septē uira.

M. xxij. R. xij. L. xx. Capi. cxxv.

In illo. M. die. Accesserunt ad eū saducei q̄ dicunt nō esse resurrectōez z interrogauerūt eum dicētes Magister moyses dixit z. R. scripsit. L. nobis. Ut. R. si. L. cui⁹ M. frater mortu⁹ fuerit z dimiserit vxorē z filios nō reliquerit. vt M. frater. R. eius. L. ducat vxorē illius z suscitet semē fratri suo. Et erāt ergo apud nos septē fratres Et prim⁹ vxore ducta defunct⁹ est sine. L. filijs nō. R. relicto semine z nō. M. hūs semen reliqt vxorē fratri suo. Similr scōs accepit. R. eā z mortu⁹ est sine. L. filio z nec. R. iste reliqt semē et R. tertiꝰ L. similr. M. accepit. L. eāvsq̄ M. ad septimū. z. R. acceperūt eā septem z nō L. reliquerūt semē z. L. mortui sunt Nouissima. M. R. oīm mortua est z mulier. In resurrectōne ergo eorū cuius erit vxor. siquidē septē habuerūt eā vxorē? Et respondēs Jesus ait illis. Nōne ideo erratis nescientes scripturas neq̄ virtutē dei Filij. L. hui⁹ seculi nubēt z tradunt ad nuptias. Illi vero qui digni habebunt seculo illo z resurrectiōe ex mortuis nō nubēt neq̄. M. nubent. R. neq̄. L. ducūt vxores neq̄ enī vltra mori poterūt. Equales M. R. enī angelis sunt. z. M. sunt ageli dei in celo. z L. filij sunt dei cū sint filij resurrectōnis. Quia vero resurgēt mortui. De. R. mortuis. M. q̄ resurgāt z moises L. ostendit sec⁹ rubū sicut dixit dōm deū abraam deū ysaac z deū iacob? Nunq̄d. R legistis in libro moisi quod. M. dictū est a deo dicente vobis Ego sum de⁹ abraam de⁹ ysaac z de⁹ iacob. Deus. L. M. ait. R. nō est mortuorū sed viuentiū. Oēs enim viuūt ei. Vos. R. ergo multū erratis. Et M. audientes turbe mirabant in doctrina eius. Rīdentes R. autē quidā scribaꝝ dixerūt Magister bene dixisti z L. amplius nō audebāt eum quicq̄ interrogare.

De dilectõne christi ex toto corde. M.xxij. R.xij. de quo et Lu.x.

Capitulum.cxxvi.

Pharisei. M. autẽ audientes q̃ silentiũ imposuit saduceis cõuenerunt in vnũ Et accessit R. vnus de scribis legis M. doctor qui R. audierat illos conquerẽtes et vidẽs q̃ bene illis rñderit interrogauit tentãs M. eũ Magister quod est mãdatũ magnũ R. primũ M. in lege M. omniũ. R. Rñdit. R. ei Jesus. M. q̃ primũ omniũ mandatũ est. Audi israel dñs deus tuus de⁹ vnus est. Et diliges dñm deũ tuum ex toto corde tuo et ex tota ania tua et ex tota mẽte tua et ex tota ỽtute tua hoc. M. est R. primũ et maximũ mandatum. Scõm simile est huic. Diliges proximũ tuum sicut teipm. maius R. horũ aliud mandatũ nõ est. In his. M. duobus mãdatis tota lex pendet et pphete. Et. R. ait illi scriba Magister bene in veritate dixisti q̃ vnus est de⁹ et nõ est alius p̃ter ipm et vt diligat ex toto corde et ex tota mente et ex toto intellectu et ex tota aia et ex tota fortitudine et diligere proximũ tanq̃ seipsum maius est oĩbus holocaustomatibus et sacrificijs Jesus aũt videns q̃ sapienter respondisset ait illi Non longe es a regno dei.

De quadã interrogatõne phariseorũ. L. xvij. Et alia interrogatõne cui⁹ est x̃ps filius M. xxij. R. xij Lu. xx.

Capitulum. cxxvij.

Interrogatus L. autẽ a phariseis ãdo venit regnũ dei et respondit eis et dixit. Non venit regnũ cũ obseruatõne neq̃ dicẽt. Ecce hic aut ecce illic. Ecce enĩ regnũ dei intra vos ẽ. Cõgregatis M. autẽ phariseis Interrogauit eos Jesus dicens. q̃d vobis videt de x̃po cui⁹ filius est Dicũt ei dauid. Et. R. rñdens iesus docebat docens in tẽplo. Quõ ergo dicunt scribe x̃pm filiũ dauid cui ipse dauid dicebat in spũsco. Dixit dñs dño meo sede a dextris meis Donec ponã inimicos tuos scabellũ pedũ tuorũ? Quõ ergo dauid in spũ in L. libro psalmor Vocat M. eum dñm et. R. vñ Quõ. L. est filius ei⁹ Et nemo. M. poterat rñdere ei verbũ Et R. mlta turba libẽter eũ audiebat. neq̃ M. ausus fuit quisq̃ eum ampli⁹ ex illa die interrogare.

De doctrinis phariseorũ audiendis. M. xxiij. R. xij. L. xx.

Capitulum. cxxvij.

Tunc. M. Jesus locut⁹ est ad turbas et ad discipl'os suos et dicebat eis in doctrina sua. Sup M. cathedram Moysi sederũt scribe et pharisei Oĩa ergo q̃cunq̃ dixerint vobis seruate et facite, ĩm vero opa eor nolite facere. Dicũt enĩ et nõ faciũt. Alligant autẽ onera grauia et importabilia et ponũt in humeros hoĩm digito autẽ suo nolũt ea mouere. Oĩa vero opa sua faciũt vt videãtur ab hoĩb⁹. Attendite. L. et cauete. R. a scribis. Dilatant. M. enĩ philacteria sua et magnificãt fimbrias. Volunt. L. Rin scolis ambulare amãt. M. R. L. autẽ primos recubitus in cenis et L. cõuiuijs. prias M. L. cathedras in synagogis et in primis cathedris sedere in synagogis et M. salutatões R. L. i foro qui. R. L. deuorãt domos viduarũ sub obtẽtu R. prolixe orõnis simulãtes. L. longã orõem. hi accipiũt dãnationẽ maiorẽ et. R. plixius iudiciũ Amãt M. vocari rabbi. vos autẽ nolite vocari rabbi. Un⁹ est enĩ magister vester. Oĩes aũt vos fratres estis. et patrẽ nolite vobis vocare sup terrã. L. vnus est enĩ pater vester q̃ in celis est. Non vocemini magistri q̃ magister vester vn⁹ est x̃ps. Qui maior est vestrũ erit minister vester. Qui autẽ se exaltauerit humiliabit. et qui se humiliat exaltabitur.

De ve multiplici. M. xxiij. L. xi. et. xij.

Capitulũ. cxxix

Et M. vob scribe et pharisei ypocrite qui clauditis regnũ celorũ aũ homies. vos enĩ nõ intratis nec introeũtes sinitis intrare Ve vobis scribe et pharisei ypocrite q̃ comeditis domos viduar̃ lõga orõe orãtes. ꝓpter hec amplius accipietis iudiciũ. Ve vobis scribe et pharisei ypocrite q̃ circuitis maret aridam vt faciatis vnũ pselitũ et cũ fuerit fact⁹ facitis eũ filiũ gehenne duplo q̃ vos. Ve vobis duces ceci qui dicitis quicũq̃ iurauerit p

Quãuis ista reponantur sub eo cõtextu dicta per euãgelistas potest tamẽ dici q̃ diuersis temporibus fuerunt predicta.

templū nihil est Qui autē iurauerit in au ro tēpli debet. stulti ⁊ ceci. q̄d enī maī⁹ est aurū an templū qđ sanctificat aurū? Et q̄ cunq; iurauerit in altari nihil est. qui aūt iurauerit in dono qđ est sup illud dz Ceci Quid enī maius est donū an altare quod sanctificat donū? qui ergo iurat ī altari iu rat in eo ⁊ in oīb⁹ que sup illō sunt Et q̄ iurat in templo iurat in illo ⁊ in eo q̄ habi tat in ipso. Et q̄ iurat in celo iurat in thro no dei ⁊ in eo q̄ sedet sup eū. Ue. M. vob scribe. L. ⁊ pharisei ypocrite q̄ decimatis mentā ⁊ anetū rutā. L. ⁊ ciminū. M. ⁊ oē L. olus ⁊ relinquitis. M. L. q̄ grauiora sunt legis. iudiciū ⁊ miam. ⁊ fidē ⁊ charita tē dei. Hec autē oportuit facere ⁊ illa non omittere. Duces M. ceci excolātes culicē camelū autē glutiētes. Ue. L. vobis pha risei q̄ diligitis p̄mas cathedras in syna gogis ⁊ salutatōes in foro. Ue vobis qui estis vt monumēta que nō apparēt ⁊ bo mines ambulātes nesciūt Rndēs aūt qui dā ex legispitis ait illi. Magister. Hec di cens etiā nobis cōtumeliā facis At ille ait Et vobis legispitis ve qui oneratis boīes oneribus q̄ portare nō p̄t ⁊ ipsi vno digi to nō tangitis sarcinas. Ue M. vobis scri bet pharisei ypocrite qui mūdatis qđ de foris est calicis ⁊ parabsidis. intus āt pleni estis rapina ⁊ immūdicia. Pharisee ce ce munda p̄ius qđ intus est calicis ⁊ pa rabsidis vt fiat illud qđ deforis est mūdū Ue vobis scribet pharisei ypocrite qui si miles estis sepulcris dealbatis q̄ foris ap parēt hom̄ib⁹ speciosa intus aūt sunt ple na ossib⁹ mortuor⁹ ⁊ oīmi spurcicia. Sic ⁊ vos q̄dē a foris appare⁊ hominib⁹ iusti. intus āt pleni estis ypocrisi ⁊ iniq̄tate Ue M. vobis L. scribet pharisei ypocrite q̄ edificatis sepulcra p̄phet⁹. patres. L. āt vestri occiderūt illos ⁊ ornatis M. monu mēta iust⁹. Et dicitis si fuissem⁹ in die bus patrū nostror⁹. nō essem⁹ soci⁹ eor⁹ in sanguine p̄phet⁹ Itaq; testimonio estis vobismetipsis. ⁊ L. pfecto testificami q̄ ꝓsentiti⁊ op̄ib⁹ pat⁹ vestror⁹ q⁹ M. filū eo rū estis qui p̄phas occidert. qm̄quidē L. ipsi eos occiderūt Vos autē edificatis eo rū sepulcra. ⁊ M. vos īplete mēsurā p̄m vestror⁹ Serpētes genimia vipera⁹ quō fugietis a iudicio gehēne? ꝓterea. L. ⁊ sa piētia dei dixit. Ecce M. ego L. mitto ad vos p̄phas ⁊ ap̄los L. ⁊ sapiētes M. ⁊ scri bas ⁊ M. ex illis L. occidetis ⁊ crucifige tis ⁊ ex eis flagellabitis in synagogis vris ⁊ psequmini de ciuitate in ciuitatē vt veni at sup vos ⁊ inq̄rat L. oīs. M. sanguis iustus sanguis L. oīm p̄phar⁹ q̄ effusus ē sup M. terrā a cōstitutōe L. mūdi a gene ratōne ista a sanguie abel iusti vsq; ad san guinē zacharie filij M. barachie quē occi distis et. L. perijt inter templū ⁊ edē. R. ⁊ altare Ita dico vobis reqūret ab hac gene ratōe Āmē. M. dico vobis veniēt hec oīa sup generatōem istā. Ue vobis legispitis q̄ tulistis clauē scie et ipsi nō introistis et eos qui introibāt phibuistis. Cū hec ad illos diceret ceperunt pharisei ⁊ legispiti grauiter insistere ⁊ os ei⁹ oppr̄imere de mlt̄is. insidiātes ei. ⁊ q̄rentes aliq̄d capere ex ore ei⁹ vt accusarēt eū Hierlm. M. hirlm L. xij. que occidis p̄phas et lapidas eos q̄ ad te missi sunt. Quotiēs volui congrega re filios tuos quēadmodū gallina congre gat pullos suos sub alas suas ⁊ auis L. ni dū suū sub pennis ⁊ M. noluisti L. Ecce relinquet⁹ vobis dom⁹ vestra deserta Dico enī vobis nō me videbitis amodo donec veniat. L. M. hoza cū dicetis. Benedi ctus qui venit in nomīe domini.

De vidua duo mi nuta offerente. R. xij. L. xi. Capi. cxxx.

Et R. sedens Jesus contra gazo philaciū aspiciebat eos qui mitte bāt munera sua in gazophilaciu⁹ quō. R. turba iactabat es ⁊ multi diuites iactabāt multa. Cum venisset aūt vna vi dua paup. misit duo minuta qđ est qua drans. Vidit. L. autē Jesus paupculam illā viduam mittentē era duo minuta. Et cōuocatis. R. discipulis suis ait ill'. Āmē vere. L. dico vobis quoniā. R. L. vidua hec paup plus oīb⁹ misit q̄ miserūt in ga zophilaciū. Oēs enī ex eo qđ abundabat illis miserūt in munera dei. Hec aūt ex eo qđ illi deest ⁊. R. de penuria sua oīa q̄ ha buit misit totū victū suum.

De edificio templi et comminatōne eversionis hierlm. M. xxiiij. R. xiij L. xxi. La. cxxxi

Et Egressus M. ihs de tēplo ibat. ⁊. R. cū egrederet Accesserūt M. di scipuli e⁹ vt oñderēt ei edificatōz tēpli Et q̄b⁹ dā L. dicētib⁹ ō tēplo q̄ boīs lapidib⁹

et donis ornatū esset. Ait. R. illi vnus ex discipulis suis. Magister aspice q̄les lapides ⁊ quales structure. Ipse M. autē respondēs ait eis. Uidetis hec oīa ⁊. R. magnas edificatōes. Amen M. dico. R. L. vobis veniēt. L. dies in q̄bus nō. M. relinquet̄ R. L. hic lapis sup̄ lapidē q̄ non destruat̄. Sedente. M. R. autē eo super montē oliueti contra templū. Accesserūt M. ad eū discipuli ei⁹ secreto. ⁊ R. interrogabant eū sep̄atim Petrus ⁊ Jacob⁹ ⁊ Andreas ⁊ Johānes dicētes. M. Dic nobis p̄ceptor. L. qñ hec erūt ⁊ R hec fient M. quod R. L. signū aduētus tui ⁊ cōsummatōis seculi: et. R. qd̄ signū. L. cū hec fieri incipiēt ⁊ cōsummari R: Et. M. Rñdēs R. L. Jesus dixit Uidete ne q̄s vos seducat. mlti veniēt in noīe meo dicētes. Ego sum xp̄s ⁊ multos seducēt. ⁊ L. temp⁹ appropinquabit. Nolite ergo ire post illos. Audituri. M. enī estis prelia ⁊ opiniōes preliorū. Cum autē. R. L. audieritis prelia ⁊ seditiōes nolite t̄reri. Uidete. M. ne turbemini oportet. M. R. enī primū hec fieri sed nondū statī finis Tūc dicebat illis. Surget gens cōtra gentē ⁊ regnū aduersus regnū ⁊ terremot⁹ magni erūt p̄ loca ⁊ pestilentie ⁊ fames terroresq̄ de celo ⁊ signa magna erūt. Hec M. autē. R. oīa initia sunt dolor̄. Uidete R. autē vosmet ipsos Sed L. añ hec om̄ia inijciēt vobis man⁹ suas p̄sequent̄ tunc. M. tradēt vos in tribulatōem ⁊ occidēt vos Tradent R. L. enī vos in cōcilijs ⁊ in sinagogis suis vapulabitis. ⁊ añ reges ⁊ presides stabit̄ propter me. ꝓpter L. nomē meū. Contingit autē vobis in testimoniū illis R. ⁊ eritis. M. odio om̄ibus gentib⁹ propter nomen meū. Et tunc scādalisabunt̄ multi ⁊ inuicē tradent ⁊ odio habebūt inuicem. Et multi pseudo ꝓphete surgent et seducēt multos. Et quoniā abūdabit iniq̄tas refrigescet charitas multorū. Qui autē p̄seuerauerit vsq̄ in finē hic saluus erit. Et predicabit̄ hoc euangeliū regni in vniuerso mūdo. et in oēs gentes primū oportet predicari euāgeliū in M. testimoniū om̄ibus gentib⁹. Et tūc veni et cōsummatio Et. R. cū duxerint vos tradentes ponite. L. in cordib⁹ vestris no p̄meditari quēadmodū rñdeat̄. Nolite R. precogitare q̄d loq̄mini. Nō enī vos estis loquētes sed sp̄ūssanctus. Ego. L. enim dabo vobis os ⁊ sapientiā cui nō poterūt resistere ⁊ cōtradicere om̄es aduersarij vestri. Tradet. R. autē frater fratrē in mortē ⁊ pater filiū ⁊ cōsurgent filij in parētes. et morte eos afficient. Trademī. L. enim a parētib⁹ ⁊ fratrib⁹ ⁊ amicis ⁊ cognatis et eritis. L. R. odio om̄ib⁹ hoībus propter nomē meū et. L. capillus de capite vestro nō peribit. Qui. R. autē sustinuerit vsq̄ in finē hic saluus erit. In patiētia. L. vestra possidebitis aīas vestras. Cū M. ergo. R. videritis abominatōem desolationis que dicta est a daniele ꝓpheta stantem in loco sancto vbi R. nō debet qui. M. R legit intelligat. Cum. L. autē videritis circūdari ab exercitu hirl'm tūc scitote / quia appropinquabit desolatio ei⁹ Tunc M. R. qui. L. in iudea sunt fugiāt ad mōtes / et M. qui. R. in tecto nō descendāt aliq̄d tollere de domo sua / ⁊ q̄ in agro nō reuertat̄ tollere tunicam suā ⁊ L. qui in medio eius sunt discedāt / ⁊ qui in regionib⁹ nō intrent in eā / quia dies vltiōis hi sunt vt impleant̄ om̄ia que scripta sunt. Ue autē M. R. L. pregnātib⁹ ⁊ nutriētib⁹ in illis dieb⁹. Orate M. R. ne fiat fuga vestra hyeme vel sabbato. Erit. L. enī pressura magna sup̄ terram et ira populo huic. Et cadent in ore gladij ⁊ captiui ducent̄ in omnes gentes ⁊ hierusalem calcabit̄ a gentibus donec impleant̄ tempa nationū.

Hoc videtur tangere penas pctōrū nouissimorū temporum.

De signis iudicii.

M. xxiiij. R. xiij. L. xvij. et. xxi. ac. xij.

Capitulum. cxxxij.

Et. L. ait ad discipulos suos veni et tp̄s qñ desiderabit̄ videre vnū diē filij hoīs et nō videbitis. Erit M. enī tunc tribulatio magna Erūt R. autē dies illi tribulatōis et tales quales nō fuerunt ab initō creature quam cōdidit deus vsq̄ nūc neq̄ fient. Et nisi abbreuiasset dominus dies illos nō fuisset salua omnis caro sed propter electos quos elegit dominus abbreuiabit dies. Et L. dicēt vobis. Ecce hic ecce illic. Tūc M. si. R. quis vobis dixerit. Ecce hic est christus aut illic / nolite credere nolite. R. ire neq̄ sectemini Surgēt M. R. enī pseudo xp̄i et pseudo ꝓphete et dabunt signa magna et ꝓdigia ⁊ portenta. R. ad seducendos si fieri potest

etiã electos Ita M. vt in errorẽ ducant si fieri põt etiã electi Ego predixi vobis oĩa. vos ergo videte. Si ergo M. dixerint vobis. Ecce in deserto est nolite exire. Ecce in penetralibꝫ nolite credere. Nã L. sicut fulgur exit. M. ab oriẽte coruscans L. de sub celo in ea que sub celo sunt fulget z apparet M. vsq; in occidentẽ. ita L. erit filius hominis z aduẽtus M. in die L. sua. Ubicũq; M. fuerit corp⁹ illuc cõgregabunt z aquile. Primũ L. autẽ oportet illum multa pati z reprobari a generatõe hac. Statim M. R. añ post tribulatõꝫ dierum illoꝝ sol obscurabit. z luna nõ dabit lumẽ suũ z stelle cadent de celo Et L. erũt ẋxi. signa in sole z luna z stellis z in terris pressura gentiũ pre confusione sonit⁹ maris z fluctuũ arescẽtibꝫ hoibꝫ pre timore z expectatõe q̃ supueniẽt vniuerso orbi. Et M. virtutes L. celoꝝ et R. que sub celo sunt mouebunt. M. R. L. Et tũc M. apparebit signũ filij hois in celo z M. tũc R. L. plangẽt se oẽs tribꝫ terre. Et tũc videbunt filiũ hois venientẽ in nube cũ ptãte magna. R. L. z gloria. R. et maiestate L. M. Et mittet M. R. angelos. cũ tuba z voce magna z cõgregabũt electos a q̃tuorvẽtis a summis celoꝝ vsq; ad termiños eorũ. a. R. summo terre vsq; ad summũ celi. Ab M. arbore. R. fici discite parabolã Cũ iam ram⁹ eius tener fuerit z folia nata. pgnoscitis. R. qz in proximo sit estas. His L. ãt fieri incipiẽtibus respicite z leuate capita vestra qm̃ appropinq̃t redẽptio vestra Et dixit illꝭ silitudinẽ. Videte ficulneã z oẽs arbores cũ producũt iã ex se fructũ scitote qz pe est estas. Ita M. z L. vos R. cũ videritis hec fieri scitote qz prope M. est et in ianuis z hostijs. R. regnum L. dei. Amen L. M. R. dico vobis qm̃ nõ trãsibit generatio hec. donec oĩa fiant. Celũ z terrã trãsibũt. verba autẽ mea nõ trãsibũt Attẽdite L. ãt vobis ne forte grauent corda vestra crapula z ebrietate z curis hui⁹ vite z supueniat sup vos repẽtina dies illa. Tanq̃m ei laqus supueniẽt in oẽs q̃ sedẽt sup faciẽ oĩs terre. De M. die R. ãt z hora illa nemo scit neq; angeli celoꝝ neq; R. filius nisi sol⁹ pat. Sicut ãt L. fuit. xvij. in diebꝫ noe ita erit in diebꝫ aduent⁹ M. filij hois Sicut eni erãt ante diluuiũ pmedẽtes z bibẽtes. nubẽtes z nuptui tradentes edebãt. L. z bibebãt z vxores ducebãt/ et dabant ad nuptias vsq; ad eũ diẽ in quo intrauit in arcã noe z nõ cognouerũt donec venit diluuiũ z tulit z pdidit L. omnes M. Ita erit aduẽtus filij hois. Sil'r. L. sicut factũ est in diebꝫ loth edebãt z bibebãt emebãt z vendebãt plantabãt z edificabãt Qua die añ exiuit loth a zodomis pluit dñs ignẽ z sulphur de celo z oẽs pdidit Sm hoc erit qua die filius hois reuelabit. in die illa qui fuerit in tecto/ et vasa eius in domo ne descẽdat tollere illa Et q̃ in agro simil'r nõ redeat retro. Memores estote vxoris loth. Quicũq; quesierit animã suam saluã facere pdet illam. Et quicunq; pdiderit eam viuificabit illã. Dico L. vobis M. In illa nocte erũt duo in lecto. vnus assumet⁹ z alter relinquet⁹. Duo erũt molentes in vnũ in. L. mola vna assumetur z altera relinquet⁹. Duo in agro vn⁹ assumet⁹ z alter relinq̃tur Rñdẽtes dicunt illi. Ubi dñe? Qui dixit illis Ubicũq; fuerit corp⁹ illic cõgregabunt⁹ z aq̃le. Uigilate. L. xxi. itaq; oĩ tpe orãtes vt digni habeamini fugere oĩa ista q̃ futura sunt z stare ante filium hominis.

De vigilia et oratione

M. xxiiij. R. xiij L. xij. La. cxxxiij

Videte. R. vigilate z orate nescitis veni qñ tps sit. Sicut eni hõ q̃ peregre pfect⁹ reliq̃t domũ suã z dedit cuiusq; operis z ianitori p̃cepit vt vigilaret Uigilate ergo nescitis eĩ qñ dñs dom⁹ veniat sero an media nocte an gallicãtu an mane. Ne cũ venerit repẽte inueniat vos dormientes. Quõ ãt vobis dico. oĩbꝫ dico. vigilate. Sint L. lũbi vestri p̃cincti z lucerne ardẽtes in manibꝫ vestris. Et vos sil'es hoibꝫ expectãtibꝫ dñm suũ qñ reuertat⁹ a nuptijs vt cũ venerit/ et pulsauerit cõfestim aperiant ei. Beati sunt serui illi quos cũ venerit dñs inuenerit vigilãtes Amẽ dico vobis q̃ p̃cinget se z faciet illos discũbere z trãsiens mĩstrabit illis Et si venerit in scõa vigilia z si in tertia vigilia venerit z ita inuenerit Bti sunt serui illi. Uigilate M. q̃ nescitis q̃ hora dñs vester vẽtur⁹ sit. Hoc. M. ãt L. scitote qm̃ si scirz pfamilias q̃ hora fur vẽiret vigilaret z

Possunt hec intelligi dicta diuersis vicibꝫ licet sonent.

Possunt hec intelligi posita per rememoratiõz.

vticꝫ ꝛ nō sineret ꝓfodi domū suā Et vos estote parati quia q̄ hora nō putatis filius homis veniet. Ait. L. aūt ei petr⁹. Dñe ad nos dicis hāc pabolam an ꝛ ad oēs? Dixit autē dñs. Quis putas est fidelis dispensator ꝛ prudēs quē constituit dñs super familiā suam vt det illis cibū in tempore. in tpe. L. tritici mēsuram? Beat⁹ L. M. ille seruus quē cū venerit dñs inuenerit sic facientē Amen M. L. dico. M. vobis sup oīa bona que possidet ꝓstituet eum. Si. M. autē L. dixerit male ille seruus in corde suo. morā facit dñs mēus venire ꝛ ceperit ꝑcutere cōseruos suos. pueros. L. ꝛ ancillas ꝛ edere ꝛ inebriari. manducet autē ꝛ bibat cū ebriosis. Veniet. L. M. dñs serui illius in die qua nō sperat: ꝛ hora qua nescit. ꝛ diuidet eū. partēcꝫ ei⁹ cum infidelib⁹ ypocritis. M. ponet. Ibi erit fletus ꝛ stridor ꝛ dentiū. Ille. L. aūt seruus q̄ cognouit voluntatē dñi sui ꝛ nō se prepauit ꝛ nō fecit ꝑm voluntatē eius plagis vapulabit multis. Qui autē nō ꝓgnouit ꝛ fecit digna plagis vapulabit paucis Omni autē cui multū datū est multū q̄rētur ab eo. ꝛ cui cōmendauerūt multū pl⁹ petēt ab eo. Ignē veni mittere in terrā Et quid volo nisi vt accendat. Baptismo habeo baptisari ꝛ quō coartor vsqꝫ dū ꝑficiatur Putatis q̄ pacē veni dare in terrā. nō dico vobis sed sepationē. Erūt ex hoc q̄nꝫ in vna domo diuisi. tres in duos ꝛ duo in tres. Diuidet pater in filiū ꝛ filius ī patrem suū. Et mater in filiā ꝛ filia in matrē Socrus in nurū suā ꝛ nur⁹ in socrū suaz.

De decem virginibus ꝛ de decem talentis ꝛ de modo iudicij M. xxv. Capitulum. cxxiiij.

Tunc simile est regnū celorū decē virginib⁹ que accipientes lampades suas exierūt obuiā sponso et sponse. Quinꝫ autē ex eis erant fatue et quinꝫ prudētes. sed quiꝫ fatue acceptis lampadib⁹ nō sumpserūt oleū secuz. Prudentes vero acceperūt oleū in vasis suis cum lāpadib⁹. Morā autē faciēte sponso dormitauerūt oēs ꝛ dormierūt. Media autē nocte clamor fact⁹ est. Ecce sponsus venit exite obuiā ei. Tūc surrexerūt oēs virgines ille ornauerūt lāpades suas Fatue autē sapiētib⁹ dixerūt. Date nobis de oleo vestro q̄ lāpades nostre extinguunt Rñderūt prudētes dicētes. Ne forte non sufficiat nobis ꝛ vobis ite pot⁹ ad vendētes ꝛ emite vobis. Dū autē irent emere venit sp̄os ꝛ q̄ parate erāt intrauerūt cum eo ad nuptias. ꝛ clausa est ianua Nouissime vero veniūt ꝛ reliq̄ virgines dicentes. Dñe dñe aperi nobis. At ille rñdens ait. Amē dico vobis Nescio vos Vigilate itacꝫ q̄ nescitis diē necꝫ horā Sicut enī bō pegre proficiscēs vocauit ꝓpios suos ꝛ tradidit illis bona sua ꝛ vni dedit q̄nꝫ talēta. alij duo. alij vero vnī. vnicuiꝫ ꝓm propriā virtutē ꝛ ꝑfectus est statī Abijt āt qui q̄nꝫ talenta accepat ꝛ operatus est in eis et lucrat⁹ est alia q̄nꝫ. Silr ꝛ qui duo accepat lucrat⁹ est alia duo. Qui autē vnū accepat abijt ꝛ fodit in terrā pecuniā domini sui. Post multū vero tpis venit dñs seruorū illorū ꝛ posuit ratiōem cū illis. Et accedens qui q̄nꝫ talenta accepat obtulit alia quinꝫ talenta dicēs. Dñe quinꝫ talenta tradidisti mihi ecce alia quinꝫ talēta suplucrat⁹ sum Ait illi dñs ei⁹ Euge serue bone ꝛ fidelis q̄ sup pauca fuisti fidel sup multa te cōstituam. Intra in gaudiū dñi tui. Accessit āt ꝛ qui duo talēta acceperat ꝛ ait. Dñe duo talēta tradidisti mihi. ecce alia duo suplucrat⁹ sum Ait illi dñs ei⁹ Euge serue bone ꝛ fidelis q̄ super pauca fuisti fidelis sup multa te ꝓstituā intra in gaudiū dñi tui. Accedēs aūt ꝛ q̄ vnū talētum accepat. Ait. Dñe scio q̄ dur⁹ es. metis vbi nō semiasti. ꝛ ꝓgregas vbi nō sparsisti ꝛ timēs. Abijt ꝛ absc̄odi tolentū tuū in terrā. Ecce habes q̄ tuū est. Rñdēs autē dñs eius dixit ei. Serue male ꝛ piger sciebas q̄ meto vbi nō semio ꝛ ꝓgrego vbi nō sparsi. oportuit ergo te pecuniā meā committere numulariis ꝛ veniēs ego accepissem vtiqꝫ q̄ meū est cū vsura. Tollite igit ab eo talētū ꝛ date ei q̄ hz decē talēta. omni enī hñti dabit ꝛ abūdabit. ei āt q̄ nō hz et q̄ videt hr̄e auferet ab eo. ꝛ iutilē ſuū ej̄cite ī tenebras exteriores Illic erit fletꝰ ꝛ stridor dētiū Cū āt venerit filius hois ī maiestate sua ꝛ oēs angeli eius cū eo. tūc sedebit sup sedē maiestat⁹ suē cōgregabūt añ eū oēs gētes ꝛ sepabit eos ab inuicē sic pastor segregat oues ab edis. et statuet oues q̄dē a dextris. edos āt a sinistris. Tūc dicet rex his q̄ a dextris ei⁹ erūt Venite bñdicti patris mei ꝛ possidete patū vobis regnū a constitutōe mundi. Esuriui enī ꝛ dedistis

mihi manducare. sitiui ⁊ dedistis mihi bibere: hospes erã ⁊ collegistis me. Nudus eram ⁊ cooperuistis me. infirm⁹ ei visitastis me. In carcere erã ⁊ venistis ad me Tunc respondebũt ei iusti dicẽtes. Dñe quãdo te vidimus esurientẽ ⁊ pauimus. sitientẽ ⁊ dedimus tibi potũ? Quando autẽ te vidimus hospitẽ ⁊ collegim⁹. Aut nudũ ⁊ cooperuimus te? Aut quãdo te vidim⁹ infirmũ aut in carcere ⁊ venim⁹ ad te? Et respõdens rex dicet illis Amẽ dico vobis q̃ diu fecistis vni de his fratrib⁹ meis minimis mihi fecistis Tũc dicet et his q̃ a sinistris eius erũt. Discedite a me maledicti in ignem eternũ qui parat⁹ est diabolo ⁊ angelis ei⁹. Esuriui enĩ ⁊ nõ dedistis mihi mãducare. sitiui ⁊ nõ dedistis mihi potũ. hospes eram ⁊ nõ collegistis me. Nud⁹ ⁊ nõ operuistis me. Infirmus ⁊ in carcere ⁊ nõ visitastis me. Tunc respondebũt ei ⁊ ipsi dicẽtes. Dñe quando vidim⁹ te esurientẽ aut sitientẽ aut hospitẽ aut nudũ aut ĩfirmũ aut in carcere ⁊ nõ ministrauim⁹ tibi? Tũc respõdebit illis dicens. Amen dico vobis. q̃ diu nõ fecistis vni de minorib⁹ his. nec mihi fecistis. ⁊ ibunt hi in suppliciũ eternũ. Iusti autẽ in vitã eternam.

De modo Christi

in docendo. L. xxi. ⁊ de obstinatiõe iudeorum. Jo. xij. Capitulũ. cxxxv.

Erat. L. autẽ in dieb⁹ docens in tẽplo. noctibus vero exiẽs morabat̃ in monte q̃ vocat̃ oliueti. Et om̃is popul⁹ manicabat ad eũ venire in tẽplo audire illũ. Cum. J. aũt tanta signa fecisset corã illis nõ credebant in eũ vt sermo ysaie ꝯpleretur quẽ dixit. Dñe quis credidit auditui nostro? ⁊ brachiũ dñi cui reuelatũ est? Propterea nõ poterãt credere quia iterũ dixit ysaias Et excecauit oculos eorũ ⁊ indurauit cor eorũ vt nõ videant oculis ⁊ intelligãt corde ⁊ cõuertãtur ⁊ sanem eos Hoc dixit ysaias quãdo vidit gloriã eius ⁊ locut⁹ est de eo. Veruntamẽ ex principib⁹ multi crediderunt in eũ sed propter phariseos nõ cõfitebãtur vt de synagoga nõ eijcerẽtur Dilexerũt enim gloriã hominũ. magis q̃ gloriã dei. Jesus autẽ clamauit ⁊ dixit. Qui credit in me nõ credit in me sed in eũ q̃ misit me Ego lux in mundũ veni vt oĩs q̃ credit in me. in tenebris nõ maneat ⁊ si quis audierit verba mea ⁊ custodierit ego nõ iudico. Non enĩ veni vt iudicẽ mundũ / sed vt saluũ faciã mundũ. Qui spernit me / et nõ accipit verba mea. habet q̃ iudicet eũ Sermo quẽ locutus suz ille iudicabit eũ in nouissimo die. quia ego ex meipso nõ sum locutus sed q̃ misit me pater. ipe mihi mãdatũ dedit quid dicã ⁊ quid loquar. Ego scio quia mãdatũ eius vita et̃na est. Que ergo ego loquor sicut dixit mihi pater sic loquor.

Et põt hoc ĩtelligi positum hic ꝑ rememorationem quãdo sequit̃ ad ea q̃ xp̃us dixit ante sex dies pasche.

De festo asimorũ

appropinquãte M. xxvi. R. xiiij. L. xxij. J. xiij. Capitulum. cxxxvi.

Appropinq̃bat. L. autẽ dies fest⁹ azimorũ qui dicitur pascha. Erat R. autez pascha ⁊ azima post biduũ Et. M. factũ est cum cõsummasset Jesus sermones hos om̃es dixit discipulis suis. Scitis quia post biduu pascha fiet et filius homis tradetur vt crucifigatur? Tunc cõgregati sunt principes sacerdotum ⁊ seniores in atriũ principis sacerdotũ qui dicit̃ cayphas ⁊ cõsilium fecerunt. Et. R. querebãt. L. summi sacerdotes et scribe quomodo eũ dolo tenerẽt et occiderent. timebãt L. vero plebẽ. Dicebãt. M. R. autẽ non in die festo ne forte tumult⁹ fieret in populo. Intrauit. L. autẽ sathanas in iudã qui ꝯgnominat̃ scarioth vnũ de duodecim. Tũc. M. abijt R. L. vnus de duodeci ad principes sacerdotũ ⁊ summos R. sacerdotes vt proderet eũ illis Et. L. locutus est cum principib⁹ sacerdotuz et magistratib⁹ quẽadmodũ illum traderet eis. et ait. M. illis. Quid vultis mihi dare ⁊ ego vobis eũ tradã? Qui. R. L. audientes gauisi sunt ⁊ promiserũt. et pacti L. sunt pecuniã illi dare At illi constituerunt ei triginta argenteos et spopondit. Et. M. exinde. R. L. querebat oportunitatem vt eum oportune. R. traderet sine L. turbis. Ante. J. diem festum pasche sciens Jesus / quia venit hora eius vt trãseat ex hoc mundo ad patrem. cum dilexisset suos qui erant in mũdo in finem dilexit eos.

Hec est dies mercurij añ diez veneris sanctam.

Tertia pars

principalis huius ꝯtextus de egressu passionis ⁊ resurrectōis christi.

Hec est dies Jouis in cuius vespere fiebat esus agni. et hec vocat̄ prima dies azimoꝝ

De missione

Petri ⁊ Johānis prima die azimarū quā Johannes vocat ante festuz pasche. M.xxvi. R.xiiij. L.xxij. J.xiij.

Capitulum.cxxxvij.

PRima M. R. autē die azimoꝝ quando. R. pascha immolabatur. in qua. L. necesse erat pascha occidi. Accesserūt. M. discipuli ad iesum ⁊ dicūt. M. R. ei. Quo vis eamus et paremus tibi vt māduces pascha? Et mittit ex discipulis suis Petrū. L. ⁊ Johannem dicēs. Euntes parate nobis pascha vt manducem⁹. At illi dixerunt. Ubi vis paremus? Et dixit ad eos. Ite M. in ciuitatem. R. ad quendā. M. Ecce. L. introeūtibus vobis in ciuitatē occurret vobis homo amphorā aque portās. seq̄mini eū in domū in quā intrat ⁊ dicetis patrifamilias domus. Dicit tibi Magister. Temp⁹. M. meū ꝓpe ē apd̄ te facio pascha. vbi R. est refectio mea? Ubi. L. est diuersorium vbi. L. R. pascha cū discipulis meis manducē? Et ipse ostendet cenaculū magnū stratū ⁊ ibi parate. Et. R. abierūt discipuli eius ⁊ venerūt in ciuitatē. Euntes L. R. aūt inuenerūt sicut dixit illis iesus et parauerūt pascha. Vespere. R. autē facto venit cū duodeci. ⁊ L. cuz facta esset hora discubuit ⁊ duodecī apl'i cū eo.

Hic fuit esus agni

De ablutioe pedū

Johan.xiij. Capitulum.cxxxviij

ET cena facta cū diabolus iā misisset in cor vt traderet eū iudas simonis scarioth sciens quia om̄ia dedit ei pater in manus. et qr a deo exiuit et ad deū vadit. Surgit a cena ⁊ ponit vestimenta sua. et cū accepisset linteū precinxit se. Deinde misit aquā in peluī et cepit lauare pedes discipulorū suorū ⁊ extergere linteo quo erat p̄cinctus. Venit ergo ad symonē Petrū ⁊ dicit ei petrus. Domine tu mihi lauas pedes? Non lauabis mihi pedes in eternū. Respōdit ei Jesus Si nō lauauero te nō habebis partē mecum. Dicit ei Symon petr⁹. Non tm̄ pedes. sed ⁊ manus ⁊ caput. Dicit ei Jesus. Qui lot⁹ est nō indiget nisi vt pedes lauet. sz est mūdus totus ⁊ vos mūdi estis sed nō oēs Sciebat nāq; quisnā esset qui traderz eū propterea dixit nō estis mūdi om̄es Postq̄ ergo lauit pedes eoꝝ accepit vestimēta sua. ⁊ cuz recubuisset iterū dixit eis. Scitis quid feceri vobis? Vos vocatꝫ me magister ⁊ domine ⁊ bñ dicitis. Sum eteni. Si ergo ego laui pedes vestros domin⁹ ⁊ magister. ⁊ vos debetis alter alteri⁹ lauare pedes. Exemplū enī dedi vobis vt quēadmodum ego feci vobis ita ⁊ vos faciatis. Amen dico vobis nō est seruus maior domino suo. Neq; apl'us maior eo q̄ misit illum. si hoc scitis beati eritis si feceritis ea

De sacramenti institutōne.

M.xxvi. R.xiiij. Luce.xxij.

Capitulum.cxxxix.

ET. M. discūbentibus. R. eis et manducātibus ait Jesus. Desiderio L. desideraui hoc pascha manducare vobiscū anteq̄ patiar. Dico enī vobis qr ex hoc nō manducabo illd̄ donec impleat̄ in regno dei. ¶ Cenantibus. M. autē illis. Accepit iesus panē gratias L egit ⁊ benedixit. M. ⁊ fregit. M. L. deditq; discipulis suis ⁊ ait. Accipite M. ⁊ comedite. hoc. M est L. corpus. R. meū qd̄ pro vobis tradet̄ hoc facite in meā cōmemoratōez Similiter ⁊ calicē postq̄ cenauit accipiens M. gratias egit ⁊ dedit illis dicens. Accipite. L. et diuidite inter vos ⁊ bibite. M. ex hoc om̄es Hic est sanguis meus noui testamēti. Hic. L. est calix nouū testamentū in meo sanguine. L qui pro vobis et. M. pro multis effundetur in remissionē peccatorū. Dico autem vobis quia nō bibā amodo de hoc genimine vitis vsq; in diē illū cum illud bibā nouū vobiscū in regno patris mei dei. R. Et biberunt ex eo omnes.

Videt̄ intelligendum q̄ cena agni fuerit alia cēa vel eadē discōtinuata ꝑ peduz lotionem vt intelligit̄ ꝑ dictū Johannis.

De predictione negationis

Petri et questione discipulorū M.xxvi. R.xiiij. L.xxij. J.xiij

Capitulum.cxl.

infra mēsem a die q̄ sciam habere potuit/ aliū vel alios assumpsisse papat⁹ insignia vel papatu administrasse/teneatur sub intminatione meledictionis eterne ꝛ amissionis iuris si quod forte sibi quesitū eēt a papatu/quā ipo facto incurrat.ꝛ vltra hoc ad quaslibet dignitates actiue ꝛ passiue sit inabilis/cōciliū ipsum ad terminū anni p̄dictuz loco prius deputato celebrandū indicere ꝛ publicare.ꝛ p suas litteras cōpetitori vel cōpetitoribꝫ ipsum vel ipsos ꝓuocādo ad causam/vel ceteris p̄latis ac principibus q̄tum in eo fuerit intimare.Hec nō termino p̄fixo sub penis p̄dictis ad locum cōcilij ꝑsonaliter se transferre.nec inde discedere/donec p ꝯciliū causa scismatis/plenarie sit finita.Vocadiūcto q̄ nullus eoꝝ ꝓtēdētiū de papatu i ipo ꝯcilio vt papa p̄sideat.Quinimo vt tāto liber⁹ ꝛ citi⁹ eccle/sia vnico ꝛ idubitato pastore gaudeat/sint ipsi oēs de papatu ꝓtendētes / postq̄ ipm ꝯciliū inceptū fuerit/auctate hui⁹ sctē sino di ipo iure ab oi administratiōe suspēsi.nec eis aut eoꝝ alteri/donec cā ipa p ꝯciliū terminata fuerit quōlibꝫ a quocq̄ sub pena fautorie scismatis obediat.¶ Ex si forte electionē romani pōtificis p metū q̄ caderet in cōstantē vi3 seu impssionē de cetero fieri cōtingat/ipam nullius ꝏcernim⁹ efficacie vl momēti/nec posse p sequentē ꝯsensum etiam metu p̄dicto cessante/ratificari vel approbari.Non tñ liceat cardinalibꝫ ad aliā electionē pcedere.nisi ille sic electus fortere/nūciet/vel decedat.donec per generale ꝯciliū de electione illa fuerit iudicatū.ꝛ si pcedāt nulla sit electio ipo iurē.Sintq̄ sic secūdo eligētes ꝛ electi si se papatui ingessit/oñi dignitate/honore/ꝛ statu etiā cardinalatus ꝛ pōtificali/ipo iure p̄uati.ꝛ inabiles de cetero ad easdē/ac etiā ad papalē/nec aliquis eidē secūdo electo vt pape sub pena fautorie scismatis obediat quoq̄ modo.Et eo casu cōciliū de electione pape,puideat illa vice.Sed liceat imo ꝛ teneant electores oēs aut saltē maior ps ipsoꝝ/quā cito sine piculo ꝑsonaꝝ p̄nt/etiā si piculū omniū bonoꝝ imminer⁹et/se trāsferre ad locū tutū ꝛ metū p̄dictū allegare/coꝝā notarijs publicis ꝛ notabilib⁹ ꝑsonis in multitudie populi/in loco insigni:ita tamē q̄ allegantes metū huiusmodi habeāt in ipius met⁹ allegatione exp̄mere speciē ꝛ q̄litatē dicti metus:ꝛ iurare solenniter/q̄ metus taliter allegatus est verus:ꝛ q̄ credunt seip̄m posse probare:ꝛ q̄ per malicīā vel calumniā huiusmodi metū non ꝓponūt.Nec vltra primū futuꝝ concilium vllo modo possit differri allegatio dicti metus.Teneant insuper postq̄ se transtulerint ꝛ metū allegauerint modo predicto,ꝓuocare sic electum ad concilium/quod cōcilium si vltra annum pendeat a die ꝓuocationis huiusmodi/intelligatur ad annum vt supra ipso iure terminus breuiat⁹ / ꝛ nihilominus teneatur electus ipe sub penis predictis ꝛ cardinales ꝓuocantes sub pena amissionis cardinalatus ꝛ omniū beneficioꝝ suoꝝ.quā ipo facto incurrant/infra mensem a die ꝓuocationis/concilium ipm vt supra dicitur indicere ꝛ publicare/ꝛ q̄ citi⁹ poterit intimare/cardinales ipi/ceteriq̄ electores ad locū concilij tempore conuenienti personaliter se transferre/ꝛ vsq̄ ad finē cause expectare.Teneantur quoq̄ prelati ꝛ ceteri vt supra ad cōuocationē cardinaliū iñ/si forte sit electus ꝓuocare cessaret/accedere.Ex et sic electus in ꝯcilio ipso non p̄sideat.quin imo sit a termino initiandi ꝯcilij ipso iure ab omni administratiōe papat⁹ suspensus nec sibi a quocq̄ sub pena fautorie scismatis quomodolibet obediatur.¶ Ex si infra annū ante diem indicti concilij ꝯtingant supradicti casus.vidz q̄ plures se gerāt pro papa vl q̄ vn⁹ p metū seu impssionē eligat cēseāt ipo iur̄,tā gerētes se p papa q̄ electus p metū seu impssionē/ꝛ cardinales ad dictū ꝯciliū ꝓuocati/teneāt q̄ in ipo ꝯcilio cōparere ꝑsonaliter cām exponere ꝛ iudiciū ꝯcilij expectare.¶ Ex si dictis casibꝫ occurrētibꝫ ꝯtingat forte casus aliq̄s q̄ necc̄arius sit locū ꝯcilij mutare vel obsidiōis vl guerre vl pestis vel silis.teneāt nihilomin⁹ tam oēs supradicti q̄ oñes ꝑlati/ceteriq̄ qui ad concilium ire tenent ad locū,primiorē vt p̄mittit qui sit abilis ad concilium ꝓuenire.possitq̄ maior pars ꝑlatorum qui infra mēsem ad locū certum declinauerint/illum sibi ꝛ aliis pro loco concilij deputare.ad quem ceteri conuenire teneantur ac si a p̄ncipio fuisset deputatus.¶ Cōciliū aūt vt p̄fert ꝓuocatū ꝛ ꝯgregatum de hmōi scismatis causa cognoscēs/ꝛ in ꝯtumaciā electoꝝ seu gerētiū se pro papa vel cardinaliū si forte venire neglexerint.litem dirimat/cāmq̄ diffinit/ac culpabiles i scismate,curādo/seu nutriendo/vl in administrādo/aut obediēdo

vel administrãstibꝫ fauẽdo/seu ꝓtra interdictũ supius eligẽdo, vel calũnioſos in allegãdo metũ, etiã vltra ꝑdictas penas. cuiuſcũq; gradus ſtatꝰ ſeu ꝑeminẽtie exiſtãt eccleſiaſtice vel mũdane. ſic puniat vt vindicte rigor trãſeat ceteꝛ in exemplũ. ¶ Vt aũt metus ſeu impreſſiõis moleſtia in electõne pape eo formidoloſi⁹ euitet. q̃ toti xp̃iani tati lamẽtabilius eoꝝ incuſſio ſeu factõ ꝓpetret. vltra ꝑdicta ſpẽaliꝝ duxim⁹ ſtatuẽdũ. q̃ ſi q̃s hmõi metũ vel impreſſionem aut violentiã electoribꝫ ipſis vel alicui eoꝝ in electione pape intulerit. ſeu fecerit aut fieri ꝓcurauerit. vel factũ ratũ habuerit. aut ĩ ꝫ cõſilium dederit vel fauorẽ. facientem ve ſcienter receptauerit vel defenſauerit. aut negligens in executione penaꝝ inferius memoratarũ extiterit. cuiuſcũq; ſtatus gradus vel ꝑeminentie fuerit. etiamſi imperiali regali pontificali aut alia q̃uis eccleſiaſtica aut ſeculari ꝓfulgeat dignitate/ illas penas ipſo facto incurrat. q̃ in ꝓſtitutione felicis recordationis Bonifacij pape octaui que incipit Felicis. ꝓtinent̃/illis effectualiter puniat̃. Ciuitas vero etiã ſi qđ abſit vrbs Romana fuerit vel alia queurs vniuerſitas/que talia facienti conſiliuꝫ vel auxilium dederit aut fauorem. vel infra menſem ſaltem taliter delinquẽtem ꝓut tanti facinoris enormitas exegerit ꝛ facultas ei affuerit non duxerit puniendum/ eoipo ſubiaceat eccliaſtico interdicto. Et nihilominus/ꝑter dictam vrbem/põtificali ꝛ ſua ꝓa. eoipſo ſit ꝑuata dignitate. non obſtãtibus ꝓuilegijs quibuſcunq;. ¶ Volumus inſup q̃ in fine cuiuſlibet cõcilij generalis hoc decretũ publicetur ſolẽniter/ nec nõ quãdocunq; ꝛ vbicunq; romani pontificis electio imminebit facienda / ante ingreſſum conclauis legatur/ꝛ publice intimetur.

Finit.

Sequitur ſermo

eiuſdẽ cancellarij factus in die circũciſiõis dñi coꝝ papa apud taraſconam.

y

Apparuit gr̃a dei ꝛ ſaluatoris nr̃i omibꝫ hominibꝫ/ erudiens nos. vt abnegãtes impietatẽ ꝛ ſecularia deſideria/ ſobrie ꝛ iuſte/ ac pie/ viuamus in hoc ſeculo. ꝛ reliq̃ que nũc audiuit ex epl̃a pauli. veſtra deuotio. ¶ Cũ apparuit gr̃a dei ꝛ ſaluatoris nr̃i. adeam⁹ cũ fiducia thronũ gratie eius. vt miam eius cõſequamur ꝛ gr̃iam/in auxilio oꝑtuno. Nã q̃ finiſ noſter ſup nos. ꝛ nos debilitati cõfractiq; iacem⁹ in imo/ꝛ limo ꝓfigimur. cõfundat̃ pelagiana hereſis. q̃ gratiã dei ꝑ ſubleuatione neceſſariam/abnegare ꝑſumit. Rurſus q̃ de gr̃a dei ſermo habẽdus eſt ꝛ de noĩe Jeſu/ quẽ nemo põt dicere niſi in ſpũſancto / vt ipſe Jeſus ĩm nomẽ ſuũ ſit nobis Jeſus/ vt ꝑterea condẽnatos in curia iuſticie gratie nos curia ſuſcipiat. dum interim ſedet ĩ throno ſue gratie. puſq; legitimũ temp⁹ cõparendi ꝑtereat/appellem⁹ ad curiã ꝛ thronũ gr̃e. illic nos ꝑſentemus in ꝓfeſſionibꝫ vbi ſoꝝ noſtra mater eſt eiuſdẽ gratie. et aduocata noſtra. que plane deſpicere nos non poterit. Caro enim ꝛ ſanguis noſter eſt/ꝛ curie ſue iura defendet/ iura gr̃e. Dꝫ quis eſt iſte thronus gratie. Ille ꝑaldubio puer hodie circumciſus. cuius vocatũ eſt nomen Jeſus. vt per ieſum gratia fierꝫ ſicut lex per moyſen data eſt. vt ſaluaretur mundus per ipſum. quem vidimus plenũ gratia. immo gratiarũ. Deus meus. miſericordia mea. inquit ꝓpheta. Et quid miſericordia niſi gratia. ¶ Sed dicet forꝛaſſe timidior aliquis. Ego apertos habẽſ oculos cordis in lumine fidei. ꝛ lucerna euangelice veritatis hodierne/ intueor in ꝫ puero ſeueritatem diuine iuſticie ſeueram valde. que etiam ꝓprio filio dei non pepcit. quin eum nuditati ꝛ frigori ꝛ duro vulneri dũ tenellus circumciditur/ exponeret Ac tu mihi apud ipſum puerum inuenire thronum gratie repromittis. Si in viridi hoc fecit deus. ſi innocentiſſimo filio nõ pepercit/in ſicco quid fiet/ peccatoribꝫ ſeruis qualiter ignoſcet. Quin etiam mater eius. mater benedicta. quibus oculis peccatores inſpiciet/ qui tota hodierni doloris ſui cauſa ſunt. qui totam ſue grandis anxietatis materiam ꝓbuerunt/ dum ꝓpter eos vnigenitum dilectiſſimum / eratici vulnere cruentum/ ex nuditate ꝛ frigore vagientem cognoſcit ꝛ dolentem. Attuero quiſquis hoc dixerit ſciat nil tale timendũ ſatiſfactum eſt iuſticie/ſatiata eſt/ non puniet bis in id ipſum eum qui gratiam huꝰ pueri flagellati meruit. qui factus eſt a deo nobis iuſticia atq; redẽptio/in q̃ et ſi iuſticia appareat in eꝝ attritiõe ꝓpter-pctã nr̃a ſupemineñter tñ apparet gr̃a dei. q̃ vt ſeriũ

redimeret tradidit filiũ / q̃si pccatorẽ puni
endum. Sed ⁊ tu virgo dignissima non
abhorre peccatores. sine quibus nunq̃m
fores tali digna filio qui licet ex te genitus
est. attamen nobis natus nobis datus.
Adimus ergo cum fiducia te. ⁊ filium tu-
um. In quibus talis apparuit gratia dei
vt tu mat̃ dei fieres ĩueniẽdo gratiã apud
deũ / ⁊ ipse hõ fili⁹ dei diceret̃. Ita vt nõ du
bitauerit Aug. asserere. nullã iu rebꝫ ꝑ tps
ortis maiorẽ ista esse gr̃am / dũ verbã caro
factũ est. De q̃ verbo locutur⁹ det ipse nob̃
gratuita benignitate v̄bũ efficax ⁊ fructuo
sum: meritis ⁊ p̃cibꝫ tuis v̄go gloriosa / que
ab angelo vocata es gr̃a plena ãtonomati
ce. ⁊ d̃ina salutatiõe quã repetim⁹ dicẽtes.
Aue ⁊c̃. ¶ Apparuit gr̃a dei ⁊ saluatoris
nostri. ⁊ reliq̃. Exhilaresce tu q̃ perieras / mi
serãde hõ / erige aures / audi. ⁊ gr̃as age / q̃m
apparuit gr̃a dei. datũ certe optimũ ⁊ do-
nũ ꝑfectũ. q̃m gratia dei vita eterna. ⁊ si do
min⁹ dat gr̃am. dabit ⁊ gl̃iam. Nõ igit̃ in-
uanũ hãc dei gratiã accipias / nõ ꝑ ingrati
tudinẽ in hui⁹ anni p̃ncipio enceniũ tam
insigne ꝑuipẽdas. Et attẽdas vigilant̃. q̃r
nõ dixit apl̃s. apparuit sapĩa dei. apparu-
it iusticia dei. apꝑuit potẽtia. Illas q̃ppe
magis extimescebat hõ re⁹ / ꝓditor / ⁊ dam-
nat⁹. quã d̃siderabat Q̃m sapĩa accusabat
⁊ nõ hẽbat locũ negatio. nec valebat excu-
satio Adã vbi es ⁊c̃. Si voluerit mecũ cõ-
tendere (dicebat Job afflict⁹) nõ potero rñ
dere vnũ ꝑ mlle. Iusticia accusatũ ꝯdẽna-
nabat. ⁊ nõ inueniebat̃ appellatio. q̃r au-
disti vocẽ vxoris tue ⁊c̃. Propterea idem
Job verebat̃ oĩa opa sua. sciẽs q̃ nõ ꝑcerz
delinquẽti. Hinc q̃z est ꝓphetica supplica-
catio. nõ intres in iudiciũ cuz ſuo tuo do.
q̃r nõ iu. in con. tuo om. viuẽs. Potẽtia d̃
niq̃z accusatũ ⁊ ꝯdemnatũ puniebat / ⁊ nõ
erat euasio. A facie man⁹ tue. i. potẽtie ego
defeci / plorabat psalmista. Et rursus quis
nouit ptãtem ire tue / ⁊ p̃ timore tuo. i. t. di-
numerare? Et nemo est q̃ de manu tua pos
sit eruere. Nõ g̃ q̃rebam⁹ sapĩam accusan-
tem. nõ iusticiã ꝯdemnantẽ. nõ potentiaz
executioni sniam demãdantẽ / atq̃z seuien-
tem. Ubi seuientẽ. Seuientẽ nũc in celo
ꝯtra apostatas ãgelos. nũc in ꝑadiso ꝯtra
parẽtes p̃mos. nũc in turri babel ꝑ cõfusio
nẽ linguaꝝ. nũc in terra ꝑ diluuiũ aquarũ
multaꝝ / nũc in pẽtapoli peccatrice. ꝑ sub-
uersionẽ ꝑuersoꝝ. Tandẽ in ĩferꝫ ꝑ inclu-
sionẽ oĩm. Sz solã gratiã miſantem ⁊ ab-
soluẽtẽ petebam⁹. q̃ salui essem⁹ / nõ ex ope
ribꝫ iusticie q̃ fecim⁹ nos. Et hec hodie no
bis apparuit. dum celauit deus potentiaz
in infirmitate. spĩam in infantia. iusticiam
in pietate ⁊ circũcisionis satisfactõne. Tã
q̃z imposuerit deus silentiuz eis. ⁊ dederit
audientiã totã mĩe. Ita superatis omĩbus
datur triũph⁹ gratie. Et hec apparuit ho-
die nob̃ valde necessaria. Nam q̃d ageret /
q̃ se v̄teret hõ condẽnat⁹ in curia iusticie / si
nemini datus esset locus appellationis ad
curiam gratie / si non superaret misericor-
dia iudicium? ¶ Dicamus iterum q̃ pri⁹
sempiterna dei virtus atq̃z diuinitas (teste
apostolo) ex eis que facta sunt intellecta cũ
spiciebatur. sicut antea dixerat sapiens / q̃
ex magnitudĩe spcciei ⁊ creature / potest vi-
sibiliter earum creator agnosci. Sed ⁊ sa-
pientiam eius ex operibus agnouit que ex
clamans dixit. q̃z magnificata sunt opera
tua domine? omnia in sapiẽtia fecisti. Po
terat quoq̃z dei beniuolentia vtcũq̃z agno-
sci in rerum dignantissima conseruatione
et directione in suos fines. sicut potentia
ex creatioge. ⁊ sapientia ex gubernatiõe vi
debatur. Quapropter forte gratiaz appel-
lat sapiens nutricem omnium. Sed ex re
paratione lapsi. ex recreatõne deperditi. ex
iustificatione impij. maxime apparuit gra
tia dei. Nam que gratia maior / que libera
lior. vel dici vel existimari potuerat / q̃m
vt tantum daret deus homini. vt pauper
fieret? quis hoc crederet. si nõ ꝯscius secre-
torum dei Paulus assereret. quia pro no-
bis egenus factus est / vt illius inopia diui
tes essemus. Gratia insuper qualis mira-
bilior / q̃z vt taliter compateretur homiui
misero deus. q̃ miser fieret. opprobrium et
abiectio plebis. Ista nõne sunt viscera mi
sericordie dei nostri. in quib⁹ visitauit nos
deus oriens ex alto. In quibus apparuit
gratia dei ⁊ saluatoris nostri hodie circũci
si. ¶ Amplus vero domina natura. vt hu-
mano more loquamur. quãuis in suo crea
turarum speculo pulcerrimo. in libro capa
cissimo. in carmine sonoro. ⁊ armonico /
monstraret potentiam dei efficientem / et
sapientiam exemplantem. ⁊ bonitatem cũ
cta finientem. primum ex vnitate. secundũ
ex v̄itate. tertiñ ex bõitate creaturaꝝ. Rur
sus p̃mũ ex eaꝝ mõ. scd̃m ex specie. tertũ ex
ordĩe. Sil̃r ex creaturaꝝ mensura potẽtiã

Ex earū nūero sapientiā. Ex pōdere trahē te in suos fines bonitatē. vt q̄dā circulo intelligibili ex ipo creante/ z p ipm exemplantem/ z in ipo finiēte sint oīa/ nihilominus mūd⁹ hāc sapiaz dei potētiā z bonitatē cog̃scere hūs/ nō glificauit deū neq; gr̃as egit. Sed voluerāt sibi oīa/ z obscuratū factū ē insipiēs cor eor̄/ z defecerūt scrutātes scrutinio. Quāobrē ordinauit de⁹ facere opus noue gr̃e supra naturā. vt esset gr̃a dña regina q; nature. Hā gr̃a ei⁹ q̄ z mia. sup oīa opa ei⁹. Que gr̃a lz supbor̄ oculos sua luminositate cecauerit. illustrauit mētes hūiliū. sic exultās iesus in spū. Cōfiteor tibi p̄r celi z terre. qm̄ abscōdisti hec a sapientibus z prudētib⁹/ z revelasti ea puulis. Ita p̄r. qm̄ sic placitū est apō te. Placituz nō meritū. vt nō gl̄ietur aī eū stulta p̄sumptio oīs carnis. q̄ in sapiētia deū nō cognouit. Jō placuit p stulticiā p̄dicatōis noue g̃tie. saluos facere credētes. Hoc autē opus gr̃e. apparuit manifeste in eo q; verbū caro factū est/ vbi totū opat gr̃a. totū sibi datur. Nil aut paucū hz natura/ neq; ex radice superioz astroz/ z cōstellationū. sic impietas q̄rūdā finxit. Neq; ex actione iferioz elem̃toz. saltē q̄ ad modū q̄ subit⁹ fuit. Ubi p̄terea patrē mificoz z mifator dñs. vt saluet z regnet puaricator hō re⁹. Apparuit g benignitas z hūanitas saluatoris nr̄i dei vt alibi gaudet apl's. Apparuit inq; misticē hec hūanitas. vt signū magnū in celo celoz ꝺo. Nam sibi hipostatica vnione conīūcta ē/ z hec q̄si mulier amicta sole iusticie q; plena gr̃e luminose/ z luna toti⁹ mutabilitatis nature sub pedib⁹ ei⁹/ rōne auctoritatis impiose. z coz̃ona stellaz. xij. q̄ sunt. xij. p̄rogatiue singulares in capite ei⁹. ex dñatiōnis sublimitate. Hā et benigna hūanitas dei saluatoris nr̄i vniuersum mōm spiritaliū eternarūq; creaturaz purgat. illūinat. z pficit. supioz eis in ordie hierarchico stabilita. vt sol q̄dā eternitatis. Imperiū q̄q; possidet sup vniuersū materiale atq; corporeū. vt ex miraculoz opatione mōstratū est. Duodecī postremo p̄rogatiuis. q̄si totidē sideribꝫ coronata refulget. q̄tuor in cōpatione ad diuinitatē. Totidē in ꝓpatiōe aie ad carnē z rursus totidem in cōparatōne ad totā rez vniuersitatē. Cōsidera hūanitatē hui⁹ pueri hodie circūcisi in ordine ad diuinitatē. z inuenies q; in ea tanq; in ope p̄clarissimo super aliud/ oē creatū relucēt q̄tuor attributa. q̄ sunt dei potentia. ōi sapia. dei iusticia. z supeminēs dei gr̃a q̄ circulo q̄dam spūali infimū summo iūgit. pacē opās i terr̄ z i celo. Cōsideraaiam in ordie ad carnē z iuēiet carnē ab ea q̄druplici dote decorari. Agilitate. sbtilitate. ipassibilitate. z claritate. Et q; in via non ita fiebat. h̄ erat spēale dispēsationis diuie miraculum. Deinde si consideraueris humanitatē hui⁹ pueri in ordie ad creaturaz vniuersam. videb ea tanq; instrumentū diuinitatis hr̃e oē ptātem in celo z in terra in mari. z in oīb⁹ abyssis. btōs illūiat z pficit in celo. viatores iustificat in tra. alios non plene iustificatos dimittit h̄ vl alibi in mari purgatiōis. Alios obstinatos dānat z deturbat in abyssū dānatiōis. Ulterio q; multus est h̄ ꝫmo. z ad interp̄etādū difficilis/ z oro nr̄a ad alia ꝓperās expediri desiderat. coartem⁹ ea infra limites p̄ntis celebritatis. Et duob⁹ q̄si gradib⁹ itinere breuiato decurrat. Et dicam⁹ q; apparuit gr̃a dñi p̄mo in humili subiectiōe sua ad legē circūcisionis. Postq; impleti sunt dies octo vt circūciderēt puer/ inq; euangelista. Apparuit scō in ppli redēptione ꝫm nomē salnationis. vocatū est nomē ei⁹ iesus quod vocatū est ab angelo p̄usq; in vtero ꝯcipe/retur. Causaz reddit angelus apud Matheū q̄m saluum faciet ppl'm suū a peccatis eorum. Hoc modo euangelium cum epistola sociantes. vtrunq; per alterutrum deducamus sub duobus tantum gratie dei signis. que sunt humanitas seu humilitas primum signum. z scōm benignitas seu caritas. Unum in circumcisione. In nominatione alterum/ vt verum sit q; apparuit humanitas in primo misterio. benignitas in secūdo. z gratia in vtroq; dei saluatoris nostri. Itaq; quis fidelium non perspicuum habeat z compertum/ gratiaz dei hodie apparuisse. dum attendit q; ipse legis conditor. duro se legis vinculo quasi seru⁹ astringit. z fit sub lege velut infans. velut ī potens. z peccatis obnoxius? Ad quid ita Nimirum vt ingratitudo neq; p̄sumptōnis humane/ confunderetur z erudiretur. que in tantam p̄rorupit audaciam/ magis vero amentiam. vt diuinitatis maiestatez appeteret. volens esse sicut deus. sciens bonū z malū. ꝓpterea ōs medicamētū ꝓtrariū hūilitatis opposuit ōscēdēs a sūmo sue maiestatis/ ad ima vilissima nr̄e hūanitatis.

Sic aduersus auariciam primi hominis ipse summā liberalitatē. Sic aduersus gulā eiꝰ/ ipe summā frugalitatē. Sic aduersꝰ ingratitudinē nimiā ipe gratiā oñdit infinitā erudiēs nos facto certissimo. vt abnegātes impietatē malā hospitē ꝛ sodalē pfidiā/ ꝛ sedularia desideria q̄ mergūt in iteritū. sobrie ꝛ iuste ꝛ pie viuam⁹ in h̄ seculo. Sobrie q̄ ad nos. Juste q̄ ad primos. Pie q̄ ad deū ꝛ scōs. ¶ Hūiliemus igit aias nr̄as legi. imitātes hūc puer. ꝛ circūcidam⁹ p disci/pline cultū. vitioꝝ superfluitatē a nob ꝛ sen/sibꝫ nr̄is. Circūcidat cor a p̄suptiōis ꝓpu/tio. ne plus sapiat q̄ oportet. nec prudētie p prie iuitat. Circūcidat ipm ab oi carnalita tis excessu/ ꝛ sine sordibꝫ ꝛ colluuie volupta tis. sit pur ꝛ mūdū. Circūcidāt oculi ne vi deāt vanitatē/ os ꝛ lingua ne loq̄nt mēda/ciū/ aures ne audiāt detractionē. tact⁹ ꝛ gu stus ab oi lubricitate/ totū corp⁹ a rebellio ne ꝺ aiam ꝺtumaci. Vt sobrie viuam⁹ in nobis metipis. Viuam⁹ ꝛ iuste apud pri/mos reddēte⁹ vnicuiq̄ qꝺ suū est. cui vecti gal. vectigal. cui honorē. honorem. Viua mus tādē pie ꝺo adherēt⁹ p fidē ꝛ spē ꝛ p caritatē/ circūcidētes oēm errorē ꝛ superstiti/onē p fidē/ oēm despatiōz ꝛ p̄suptiōz p spem oē odiū ꝛ cupiditatē p caritatē. Sit in no bis fides ꝝa ꝛ viua ſm vim rōnabilē ex re cognitōe imēse sapie. Sit spes certa ſm vi rasc̄bilē ex pfessiōe sūme ei⁹ potētie. Sit caritas feruida/ ex ꝓsideratiōe sūme beni/uolētie ꝛ gre/ q̄ apuit hodie in circūcisiōis hūiliatiōe. Hoc mō sobrie ītra nos / iuste iuxta nos/ ꝛ pie supra nos. viuem⁹ in h̄ se/culo. ¶ Vz ve tibi pessima. ve tibi neq̄ ingratitudo cordis hūani/ cordis incircūcisi ꝛ certe inhūani/ dū ad tantā grām notissi/mā dei tui/ ñ corrigeris/ nō emolliris/ ñ fle cteris. Hūilis est ipe q̄ est de⁹ bñdictus in secula. ꝛ tu cernicē erig. tu supbe tra ꝛ cinis Tu sordida pell' inflaris ꝛ tēderis. Tu in q̄ inflaris ꝛ tenderis sordida pellis/ saccus stercoꝝ ꝛ ꝝmiū. Hūilis ē ipe legislator tu⁹ obꝛuās legem tuā/ ꝛ tu q̄tidie legis sue iu/gū suaue ꝛ leue ꝺtumacit excutis ꝛ ꝓfrin/gis. Hūilis postremo inuenit⁹ pius erga te mitꝭcors ꝛ benign⁹/ ꝛ tu plen⁹ ipietate. er/rores fingis. ꝛ seq̄ris supstitiones/ de eo q̄z vel supbe p̄sumis. vel desperas superbius Ad ipm denicq̄ nullo pietatis. nullo dile/ctionis affectu mouer⁹. Pudebat fortassis inseq̄ humilē hoiem. vsq̄q̄ pudebit humi lē x̄pm imitari. Vide stupēdū ꝛ horresce. flagellat⁹ in circūcisiōe leo de tribu iuda. vt hūiliet⁹ canis mortu⁹. filius hois putredoꝝ ꝝmis. Circūcidit⁹ in carne puer Jesus. vt absq̄ ꝓpucio nos in corde ꝛ sensibꝫ mānea mus. vt cū abrāā nos filiū vnigenitū cum tota familia ꝛ vnacul'. h̄ est spm nr̄m cū affectionibꝫ ꝛ cognitionibꝫ vniuers circūcidꝫ re disciplīne cultro neq̄q̄ omittam⁹/ sz tol/lam⁹ opꝓbriū egypti/ si neq̄ pire ꝺ ppl'o neq̄ fed⁹ ꝺi irritū efficere voluerimus.

Oēs q̄dem h̄ agere ꝺuenit clex p̄cipue. sic ipe p̄ ceteris in dñi sorte electus ē. Exultet igit cū tremore humili. ꝛ gras agat. ꝛ appa reat in eo gra dei ꝛ saluatoris nr̄i. ¶ Sed hen cler⁹ hodie quē p maiori gra. gre vicis/situdinē repēdere dignū fuerat/ plus alis replet ingratitudie. ꝛ p̄ptiū sibi fecit ipie/tatibꝫ ꝛ secularibꝫ desideriis/ neq̄ sobrie ne q̄ iuste. neq̄ pie viuēs in h̄ seculo. ¶ Jta pgebā in meditatiōe mea. satirā in clex de clamare. Heq̄. n. in tā vberi indigtiōis ma teria deesse ꝝba potuerāt. Dum ecce stu/diositas speculatrix/ ipoꝛtunitate q̄dā sua. grādem qōnum speculatiuaꝝ siluā appo/nere videbat. vt plus sibi q̄ edificationi de fuirē. ¶ Dic in q̄t si xps circūcisus est an circūcisus resurrexit in glia disp gentibꝫ fa/ctus. Jta me pie tenere rñdi. ad honorem eoꝝ ex q̄bꝫ xps fuit ſm carnē. q̄ est ōs bñdi dictus. ꝛ ad puersoꝝ ꝓfusionē. ¶ Dic pti/culā illā carnis ꝝginee. vt multi ferūt dimi sit in terris. Et talis de effuso tūc sanguine qō est. Rñdi q̄sdaz p̄res esse de integritate hūane nature ꝛ necessitate/ sine q̄bꝫ nō sub sisteret. Quasdā de ꝓgruitate. sine q̄bꝫ ne/q̄ pfecte neq̄ decent⁹ existeret. Quasdā de superfluitate. Prime due resumpte sunt sic i alis resurgentibꝫ fiet nō opꝛet h̄ de reliq̄s. Si q̄s igit ꝺtenderit pticulā illā cum san/guine fuisse de integritate humanitatis p/mo vel scꝺo modo/ illa resumpta sunt. ꝛ vel in terra nō manēt vel multiplicata sunt. Erat ne igit pars illa carnis vel sanguinis per cōicationem idiomatū de⁹. ꝛ si de⁹ vr̄ homo. Huius rñsionem tāq̄ egentē lōgis/sima ꝛ subtilissima pscrutatōe/ pstereo. Et conseq̄nter illā si sit adorāda adoratiōe la/trie. Perge ad alia. q̄z melius est hic nihil q̄ pauca dicere. ¶ Dic ad q̄d pderat circū cisio. Respondeo pderat originale pec/catum delendo ꝛ dando gratiā. sed nō ape/riebat ianuā paradisi. ¶ Dic q̄le dabatur p

A

B

feminis remedium? Responsio fides pro-
pria si adulte erant, vel parentū p̄ pueris.
¶ An alienigenas obligabat? Rñsio non
Dur añ diē octauū nō ip̄edebaſ? Rñsio
ꝓpt̄ teneritudinē, z ad resurrectiōis misteri-
um? ¶ Quid de filijs isrl in deſto nō circū
cis? Die teneo fuisse cū eis a deo reuelante
moysi dispēsatū. Dic si p̄ cognationē spūa
lē circūcidēs circūciso iūgebaſ? Puto cog-
tionē hāc magꝭ hūana ꝓstōne, q̄z naturali
vel diuino iure inuētaz. Quod si q̄s aliter
sentiat ꝓpt̄ grām q̄ ꝓferſ, dicat ꝓseq̄nter sic̄
de baptismo. ¶ Dic an circūcisus sil̄z ba
ptizat⁹? insigniebaſ duplici caractere? z si i
eo gr̄a duplex augebaſ. Ita si capax erat v-
triusq̄z z dū circūcisio currebat vtiliter.
Dic cur circūcisio q̄ data i fed⁹ eternū cessa
uit. q̄d dico cessauit, imo facta ē mortifera
adeo vt Paul⁹ denunciet si circūcidimini,
ꝓps nihil vob̄ pdeſt? Dico q̄ ꝓpe nō cessa
uit, sz trās ijt in baptismū, cui⁹ erat figura,
q̄d igiſ mirādū, sūre exhibita figura cesserit
¶ Sz auget q̄nis admiratōz, cur ꝓpt̄ ꝓ-
uationē circūcisionis z alioꝝ legaliū, pau-
lus restitit petro i facie, cū tñ ipe q̄sdā circū
ciderit. Igiſ q̄ pacto reꝓbēdit ipse q̄ ōage-
bat? z p̄cipuum supiorē i auctate, apl'ar̄ū senio
rē. z in gr̄a ꝓfirmatū die pētecostes, q̄liter i
culpat paul⁹ eū, z narrat non recte ābulasse
ad veritatē euāgelij? Rñsio distinguēda sunt
tpa z ꝓcordabūt scripture. Tps circūcisiōis
trip̄r cucurrit. Currebat p̄mo vtiliter vsq̄z
ad baptismū. Secūdo p̄missiue apud in-
deos vsq̄z ad publicationē euāgelij plenio
rē. vt mr̄ synagoga honestas hāret exeq̄as.
Sz tūc apud gētes, z p⁹ apō oēs pestifera
fuit ei⁹ obſuatio. ꝓpt̄ea Petr⁹ z Paul⁹ licite
q̄sdā circūciderſ ex iudeis tpe illo medio
Sz q̄ facta petri circa iudeos, gētiles scā-
dalizabāt. q̄si sic deberēt circūcidi. Paul⁹
doctor gētiū auertit petr̄z de re hmōi. q̄ to-
ta sibi hūilitate paruit, z ita neuſ peccauit
saltē mortaliter. ¶ Sed dic si Petr⁹ nō erra-
bat in fide, q̄liter sibi dixit Paul⁹ cur ita fa
cis. Certe ex auctate legis diuīe iubētis fra
ternā correctiōz, cui lege nemo nō subiect⁹
est ¶ Quid si petr⁹ vsa vice Paulo restitisi-
set in faciē nolēs adq̄escere. An paul⁹ se ab
eo subtrahere, an nō obedire? An ad eccl'ie
ꝓsiliū appellare potuerat? Si ꝓciliū in h̄
supius erat petro vel ecōtra, si paul⁹ restitit
petro vt ei⁹ cardinal' exp̄ūs? vel vt eq̄lē se de-
putās et nihil a petro auctatis, sic̄ nec euā-
geliū suū recipiēs? Quid si de facto in pau
lū excōicationis sn̄ias ꝓmulgasset. an eas
Paul⁹ timuisset? Quid si Petr⁹ pstitisset i
h̄ erroꝛe, nunq̄d eo facto papatū pdiderat?
q̄ si nō nunq̄d tñ deponēdus erat z p q̄s z
quō? An ꝓciliū sine eo potuisset in h̄ casu
celebrari? Quid si petr⁹ vi armata erroꝛem
suū defendere voluisset? nunq̄d ipo etiā ma
nēte papa, vim vi licuisset repellere aut ver
bis aut carceribꝫ aut ip̄a deniq̄z morte.
Hieronym⁹ p̄terea z Aug. doctoꝛes eximij
cū discordēt in hac materia nunq̄d alter eo
rū dicēdus est heretic⁹? Ille paulū dispēsa
tione mētitū, h̄ Petr̄z iuste reꝓhensū fuisse
defendit ¶ Porro cur in cōcilio de cessatō
ne circūcisionis petr⁹ sūmus pōtifex nō tu
litsniam sz iacobꝰ? Innuebā studiositati vt
taceret, z nō poneret in celū os suū Tūc ex
clamās dixit? Nunq̄d nō expedit de talibꝫ
inq̄rere, vt sciat q̄libet magn⁹ cū pusillo q̄-
litatē sue potētie, sue subiectionis sui coꝛ-
dis, q̄ sibi cōpetit iure diuino, naturali, vel
hūano. Alioq̄n erroꝛ facile surripet z con-
fusionis horroꝛe cūcta fedarenſ. Quid est
igiſ q̄d innuis mihi q̄si non liceat de potē-
tia Petri disputare? Nonne de oīpotentia
dei q̄tidie p̄q̄rimus. Sed tñ vis vt ista nō
p̄tereā, reuertamur ad puer̄z Jesum ¶ Dic
si puer̄z istū circūcisionis doloꝛ attigit, cuz
vtiq̄z gaudio magno frueret. Dic z forte
tātus ex̄tus in passione nūc puisa ¶ Dic si
coꝛ eius motibꝫ oppositis dilatatione z cō
strictōne simul mouebatur? Responsio nō
oportet, quia gaudiū superioris portionis
non redundabat in coꝛpus. ¶ Dic si vere
compatiebaſ ei mater sua cōscia tanti gau-
dij, tantiq̄z misterij non ignara? Respōsio
compatiebaſ z iam ptranſibat gladius ani
mam ei⁹, vt non extimereſ ab illa regula, q̄
p multas tribulationes oportet nos intrare
regnū dei. Et hoc horrendū p peccatoribꝫ
quia aut hic erūt in laboꝛe hominum per
penitentiam, aut in societate demonum p
damnationem ¶ Ceterum dic cur hoc po
tissimum die christus circumcidi voluerit.
superstitiones impie in his Januarij kal'.
plus vigebant. Responsio vt eas deseren-
das ostenderet. ¶ Cur nondum cessaue-
runt neq̄z in clero, neq̄z in populo, tam sup
encenūs z alijs obseruationibus vanis et
varijs, q̄z super ritibus improbis per eccle
sias, quos appellant ludos fatuoꝛum, si-
cut ꝑe fatuitates sūt, imo insanie sacrilege

impie ꝛ blasphemе. ꝗs int ecc̃asticos ipu/ne fieri stupor est. Nūquid apponi deberꝫ puisio. Ita deberet. sed pluries audisti qꝛ qō p̄obet/soluit p̄ nō facit. Prouideat gr̃a ꝺi saluatoris nr̄i ꝛ sūmi pōtificis diligētia

Questiones hmōi multiplicare magꝭ ꝛ magis satagebat iportune nimis studiosi/tas speculatrix in meditatione mea. Cui ego. Noli pcor mihi molesta eē. Locū ꝛ tē/pus aliō expecta/Nō e iste disputatōis spe culatiue act⁹. sed edificatiōis practice. Tu interi secedas aliorsū. vt de gr̃a dei ꝛ signis ei⁹/certo pgat itinere ꝑmo nr̄. pſertim ad si gnū secundū qō eē posuim⁹ benignitatem saluatricē. sic notat in nois impositione. Si tñ ꝓpus est eis ꝙ circa p̄mū signū dixim⁹ qō est hūanitas seu būlitas /ꝓsideratiōnē moralē ꝙdruplicem notauero/ꝑm quor effectus gratie dei. ꝙ sūt abnegare ipietatē et secularia desideria. Sed ꝛ sobrie/ꝛ iuste/et pie viuere in hoc sec̄lo. Quāꝯ malesuasa pestis adulatio p̄strepat/ꝛ susurrās loꝙ p/hibeat/asserēs ꝙ vetere puerbio. Vitas odi um parit. Et ꝙ nō opus est teneras morda ci radere vero auriculas. Sꝛ plus roboris affert apls in fine epl̄e/stimulās quēlibet p̄dicatorē in p̄sona Tyti. Hec loqre ꝛ exhortare. ꝛ argue cū omni iperio. Nemo te contemnat.

Prima consideratio

ad apparēt̄ gr̃am ꝺi in circūcisione ihu milis pueri Jesu. Princeps vel p̄lat⁹ ꝙlibet/ꝛ si dicat solut⁹ legibꝫ. pati ꝺz legē quaꝫ ipe tulerit. Tū p subditoꝝ exēplo. tū p reuerentia p̄stāda ꝺo/vt appareat gr̃a dei in eo/ꝛ nō ipietas aut secularia desideria vide deant ꝙ dñari. Poterā hic vti gentiliū exemplis ꝓprias in se leges ꝯꝗuis durissimas ꝑ/uantiū/ꝙꝝ Valer⁹ meminit. Sed abuus de sat̄ ē ad exemplū sūm⁹ legislator ꝛ ps/ et pōtifex sūm⁹/ꝙ ob hꝫ legē ꝓpria nō soluere ꝭ in semet iplere voluit vt ei⁹ actio eēt in hꝫ p̄ncipū p̄latoꝝ ꝯꝗ istructio. Ubi nihilominus notadū occurrit ꝓtra eos ꝙ tāta obstinatiōe legibꝫ mortuis būanis adherēt/ legē viuā fundatā in lege etna/ꝛ in eqtate/ seu epikeyā penit⁹ vel iḡrātes vl̄ spernētes ꝙ lex pficit ꝛ iplet dū vel in finē meliorē/vl̄ salubriorib⁹ medūs ordinat/ꝙ finis ē cari/tas/ꝑm apl̄m. Alioqn ps legē antiquā ñ iplesset/ꝯꝗ soluisset. Et hꝫ documētū ñ me/diocriter spectat ad scisma p̄ñs/cui⁹ sedatō nē inuenire nō sufficerēt leges būane iā cō dite. nisi supior lex diuia viua ꝛ architectonica ꝓsulat. Nō qꝛ forte ñ sat̄ actū ē vsqꝫ i p̄ñs. obtigit qō ait dñs in Ysaia. Timue/rūt me mādato hoim ꝛ doctrinis. Jō ecce ego addā vt admiratiōnē faciā pplo huic. miraculo grādi ꝛ stupēdo. Peribit enī sapientia a sapientibꝫ ei⁹. ꝛ intellect⁹ prudētiuꝫ ei⁹ absc̄ōdet. Et ꝙ loco sūpsit Jesus illud ip̄roperiū ꝓtra pharisēos. ꝙ irrituū faciebāt mādatū dei ꝓpt suas traditiōes. Audirent vtinā ista auribꝫ suis hi ꝙ legē euāgelicā. legē diuinā cū pfessoribꝫ suis deserētes. hūanis inuentiōibꝫ incumbūt toti/adeo vt ad superiorē legē illā oculos attollere vel non valeāt ex ruditate. vel nolint ex iniqtate. vl̄ negligāt ex inerti segnicie. Cū tñ vbi leges būane nō sufficiūt/ꝓut in scismate p̄ñti cō/ptū videt/vt ad legis diuine radicem ꝛ int̄ptationē ꝓsultatio referat. ꝛ ꝑm eam ꝓstitutio formet/necesse est. Quid āt mali ꝙd periculi. ꝙd ꝓfusionis attulerit ꝓtemptus facere scripture/vtꝫ sufficiētius p regimīe ecclesie (alioqn tps fuisꝫ legislator ipfect⁹/(interrogek experientia. ꝓsidereꝯ clerus. cui despōsari debuerat sapiētia. ꝙ de sursum ē pacifica ꝛ pudica/an ipe fornicat⁹ est cū adultera illa meretricula. sapia terrena/animali ꝛ diabolica. Status insup ecc̄lie nōne factus est tot⁹ ꝙsi brutalis ꝛ mōstruosus. vbi celū deorsum. hꝫ est. s. id qō spūale est/ꝛ terra sursum. spūs ꝓuiēs/ꝛ caro dominās. ꝓncipale accessoriū. ꝛ accessoriū ꝓncipale/vsqꝫ ad hꝫ/vt quidā delirare nō dubitēt. ꝙ pi uētiones hūanas ēt meli⁹ ꝯꝗ p legē diuinā euāgelicā regereꝯ. ꝙsi min⁹ sit aia/ꝯꝗ corp⁹. ꝛ spūalis ꝯꝗ carnalis fruct⁹. Hec asserō/p meā fidē. blasphema ē. nedū falsa. Euāgelica ꝙppe doctrina/p suos pfessores dilatauit ecc̄iam vsqꝫ in celū. ꝯꝗ filiꝫ agar exꝙrēt. sapiam ꝙ de terra est/detruserūt vsqꝫ i cenū Et ꝙ nō ex toto corruerit ē ex gr̃a dei. ꝛ saluatoris nr̄i. Hec ego loqreo liberius/quo mihi ꝓscius sum nō ex ōstu. non ambitu. ñ ad laudē ꝓpriā mee pfessionis/sed p asserti one vitatis. ꝛ vtilitate publica hec dicere. Quia ad veritatē/curia ista theologiaꝫ hacten⁹ min⁹ debito ꝓmouit. ne dicā spreuit. ꝙ tñ omnē sibi/ꝙ pollet/gl̄am ad ꝙsuit

Per ꝙd. Per p̄dicatōnē būlem generatricem deuotionis in cordibꝫ fideliū maxime p̄ncipū. Nā si desit religiosa deuotio. honoratio ecc̄liaꝝ ꝯꝗs erit. Prouideat gr̃a

summi pontificis vt nunc cepit.

E

Cōsideratio secūda

Apparens gratia in hūilitate pueri Jesu circūcisi/docet prelatū quem libet. vt iuxta consiliū sapiētis/positum a Tullio q̄to maior est: humiliet se in omnib. Et ab omni se superbie intemperantieq̄ signo/circumcidat. Tanto enī esse humilior/ꝛ ad seruiēdū ꝓmptior q̄sq̄ debet ex munere ait Grego. q̄to se oblgatōrem esse conspicit in reddenda ratiōe. Naz ab eo cui plus cōmittit plus exigitur. Ita vt saluberrimū sit christi documentū/metaphisicali ratione fundatū. Qui voluerit esse maior inter vos erit omniū minor ꝛ minister/qꝛ ꝑm magnitudinē dominationis est subiectionis grādior obligatio. quāobrem summus pōtifex non ficta verborum humilitate/sed veritatis attentione profūda/nominatur seruus seruorum. Et certe ita seruꝰ. vt ꝑm ꝓpationē cordis ꝛ si nō semper ꝑm exhibitionē opis/ipe vitā suā: q̄to magis statū suū exponere ꝓ cuiuslibet subditi sui salute. nedū ꝓ toto grege/teneatur. Hoc ita sentire catholicū est stabilitū in h̄ ꝟitatis verbo. bonꝰ pastor aīam suā ponit ꝓ ouib suis. Et ita corde credit ad iusticiā ore aūt vl' scripto ꝯfessio fit ad salutē. Alio q̄n nō iniustꝰ fit lucifer qui ita ꝑesse voluit ꝑm doctores vt subiectiōis vicissitudinem subditis nō referret/cū ex opposito ipe plꝰ alioꝝ cōmodis obseq̄ velle debuerat.

Ex hac iteꝝ ꝯsideratione/culpanda redditur pompa suꝑba. pōpa male sobria ꝑlatorū q̄rundā in fastu mūdano: querentiū nihilominꝰ excusationes in pctis. ꝛ dicentiū q̄ hec pompa honorat eccl'iam. Honorat vero. imo vere onerat ꝛ destruit factis ꝛ exēplis. Neq̄ enī in ornatu spēdido. neq̄ in lauto ꝯuiuio neq̄ enī ln discoloꝝ ꝛ comatuloꝝ clientū numero/sed in spū mundo/ꝛ cōsideratione sctā/honor ecclesiasticꝰ illustrat. Ex siq̄s ꝑlatoꝝ in pompis istis puerili ꝛ vana exultatione delectetur. si ad honores caducos gloriabūdus exhilarescat. si de se faciat idolū ꝛ statuā Nabuchodonosor/gaudēs laudari. gaudēs coli/ꝛ nō potius exhorreat instar xp̄i. q̄ summos inter honores fleuit. si nō memor sit iubētis in vestitu ne gl'ierꝫ vnq̄ꝫ. ꝛ i die honorꝫ tui ne extollarꝫ. Uidat obsecro vidat tal' ne tādē seip tanta ꝓprie ꝛ aliene adulationis ludificatōne decipiat/qd̄ iuxta ꝟbū comici/ex stulto h̄ ē ex vani gl'ioso/insanꝰ fiat. Qualit' insanus: Certe Iesus in iudicio rōnis sic ledit philocaptꝰ. Oīs q̄ppe passio ꝓfundata et radicata circa aliqd̄ ꝯcupiscibile. sit illud honor. sit opulētia. sit ābitio. sit voluptas/reddit hoīem demoniaco sil'em. ꝑm dictuz Origenis in expiētia fundatū. Mētior si nō tpe meo talis appuit/ꝛ ꝟboꝝ copia ꝛ iuriū scīa ꝛ abstinētia famatꝰ/corpe vegeto et forti/quē vsq̄ ad h̄ insanū reddidit ābitio ceca. ꝯtēptrix alieni oīs ꝯsilij/laudibꝫq̄ suis credula. vt putauerit pꝰ illusiōes plurimas eē verꝰ papa ꝯcordit' electꝰ. Et cū ita desiperet nihilominꝰ affirmabat se ꝑ multos ānos nihil tētationis a vana gl'a sensisse. Cū ꝑterea moneret vt sapiētioꝝ crederz ꝯsilio. nō inq̄t qꝛ factū meū tale tm̄q̄ ē/vt aliꝰ a me nemo illd̄ itelligat. Sz q̄d mirandū ē in hoīe fragili demētiā hāc surrepsisse cū sapiētissimꝰ oli āgeloꝝ lucifer/qꝛ seip̄m nō in luce ꝟitatꝫ/sz vmbra ꝓprie vanitatis intuebat. eē voluerit ñ solū sil'is altissimo/sz extollit' sup oē qd̄ d̄r deꝰ/ex īsana ꝛ fantastica ꝑconcepte dñationis libidine. Vult q̄z ritib ꝛ sacrificijs coli/ꝑ sil'itudinē ad deum. sic sacrilege artes magice palā tradūt.

¶ Propterea salubrimū ē/vt ꝑlatꝰ libēter audiat ꝛ freq̄nter/q̄ hūilia sunt ꝛ culpabilia de seip̄o. qꝛ nēo ē q̄ ñ peccet. dicatq̄ cuz ꝓpha. Increpabit me iustꝰ ꝛc̄. Nimis eī hz multos q̄ vel adulatione/vel dignitatꝫ honoratōe sibi loquūt magnifica/apponētes fomētū morbo suꝑbie. quē vix vllū medicamē. vel tiriaca ꝓprie rep̄hēsionis ꝛ fragilitatis/sufficit expellere. ꝛ dare locū gratie dei saluatoris nostri.

Cōsideratio tertia.

F

Apparēs gr̄a d̄i saluatorꝫ nr̄i ī subiectiōe ad legē ꝓpriaz circūcisionis documēto ē ꝑlatꝫ/vt iuste viuētes ñ iponāt onera g̃uia statutoꝝ ꝛ legū hūerꝫ subditoꝝ. digito āt suo nolint illa mouere. quēadmodū iproꝑat xp̄s phariseis. Hec ꝯsideratio redit ad ꝑmā/initētē illi snie. exemplo xp̄i firmate. Patere legē quā ipe tuleris. Et eēt ꝓfecto grādis in h̄ loco q̄relaꝝ materia/ꝯtra tot ꝛ tā leues excōicationū et irregularitatū fulmīatiōes. ꝯtra tot onera statutoꝝ ꝓuincialiū ꝛ sinodaliū. ad lucꝝ q̄le. vel aīe vel burse. nouit deꝰ. Cōtra tot reꝑuationes casuū in foro ꝯfessionis ꝑꝑtim

occulto⁹.q̄ ꝺfessionē supra q̄ dici ꝓt ipediunt. Loq̄r exꝑt⁹ z doct⁹ ab exꝑtis. Ez de his alias. Xp̄s legislato⁹ nōne legē euāgelicā dilatare potuerat? potuerat eq̄dē. sed hūane fragilitati gr̄ose ꝺdescendēs. nccaria nos docuit ad salutē. ea ꝑ nihilo q̄si deputās. q̄ mortalē hāc vitā/iamiaz in momēto periturā. vel regere vel sustētare videret. sciēs q̄ nisi lex viua euāgelica z etna dñet. leges scꝑte nō solū supuacue/sz crebro pniciose reddant. Vult ḡ plat⁹ ecciam subditā felicit dirigi. Vult arbitro⁹/ bonos ille viros. timētes deū eq̄tate z meritis ꝺspicuos regimini p̄ficiat. nō oneribꝫ legū z statutorū subditos p̄mat. Hā sup hūc cardinē volui ꝺz eccie reformatio/qm̄ si colūne putres si inualide sūt/sustētari debētes ecciam. pites reliq̄ q̄li vtute subsistēt: innitētes pariēti iclinato z macerie depulse. Multiplicēt q̄tūlibet hūane traditōes. Si cupiditas carnal⁹/z fast⁹ nō hūilitas regnet in p̄latis audiam⁹ q̄d seq̄t incōmodi. Eteni ptās cōferēdi bñficia/z sil⁹ia/aut relinq̄t alib⁹. Et q̄s dubitauerit. q̄s nō viderit. q̄tū subuertēt. puertēt z euertēt oia ꝓmotiōibꝫ indigꝫ. Si ablato fiat ab eis. retinēte sibi oīm collationē sūmo pōtifice. nunq̄d nō supra vires erit h̄ negociū: nunq̄d nō cū moyse stulto labore ꝺsumet. Nōne mōstruosū erit videre caput vsurpās mēbroꝝ oia inferiorū officia. z q̄si sit gladi⁹ delphic⁹ ad omia se aptās. Ez curia sua. curia romana. q̄ad sīlitudinē hierarchie ag̃elice ordināda erat z replēda viris caritate feruidis/z ꝺtemplatiōe suspēs. vt seraphin. viris sapia diuina splendidis vt cherubi. viris eq̄tate firmissimis vt throni: nōne mutabit⁹ curiā peccātiū. z q̄ nutriri debebāt in croceis ap̄lexabūtur stercora. Ita eni arbitrat⁹ ē oia tpalia/equ⁹ arbit⁹ ap̄l's. Fiēt q̄z mlti ꝓcuratores z cōrotarij bñficioꝝ (Nolo de simonia q̄cq̄ dicere) Fiēt insup nō tā ꝓmotores q̄ inuolutores cāꝝ friuolaꝝ atz ꝓfanaꝝ / dimissa oi spūalitatz cura. Quid dico dimissa. Vtinā h̄ eēt. Iz sit neq̄ssimū/irridebit⁹. abominabit⁹. pseq̄t⁹. z ad imitatōz curie diabolice. maior ille freq̄nt erit/q̄ astutior. q̄ ꝓfidior. q̄ importunior. detrior. cupidior. mīsior. Auertas h̄ nefas gr̄a dei z saluatoris nostr.

Quarta considera.

Pparēs gratia ꝺi z saluatoris nostri Jesu/exigit vt p̄latus nō potētiā subditis/sz gr̄am oñdat⁹. vt ip̄e ꝓterea doloreſ z gemit⁹ offerat deo/ꝑ eis se circūcidēs. pieq̄ viuēs/nedū alīs ꝑdicauerit (officio enī p̄latiōis adiūcta ē obligatio ꝑdicatōis) ip̄e reprob⁹ inueniat. Quidni p̄lat⁹ gratiosuz se/nō rigorosū p̄beat/cū ip̄e circūdat⁹ sit infirmitate. egēs gr̄a dei. nesciēs introitum z exitū suū. ingrans anxietationes in subditis. ex culpis ꝓp̄ris tanq̄ occultis. vel ab alienis. vel sil⁹ ab vtrisq̄ suscitēt. ita vt nccē hēat obsecrare cū ꝓpha. Ab occultis meis mūda me dñe. z ab aliēis pce seruo tuo. Naz sic ꝑ delicto populi pastor. ita ꝑ pastoris errore ppl's plectit. Hoc vidit iob q̄ dicit ꝺ deo. q⁹ reꝑ facit hipocritā ꝓp̄ pctā populi. Qualis aūt pniciosior pestis ꝑ populo alia ē. q̄ hipocrit⁹ in suo vel ꝓncipe vel plato. Ez ita digni sunt aliq̄ nō nisi ꝑ reprobos regi. z alīq̄ nō nisi reprob⁹ p̄fici demerētur. Quidni igit⁹ ip̄e pastor sp pauid⁹ inueniatur. nō se iustificans. nec iustificari cupiēs. extimescens ne dederit cām scandalo dicens: cum Dauid. Ego sum q̄ peccaui. z cū Jona/si ꝓpter me turbatio facta est mittite me in mare. Quo ⁊bo magnū illū Gregoriū nazanzenuz vsum fuisse z ob h̄ ⁊bi Constantinopolitane cui putilis erat/cessisse. ecciastica meminit historia. ¶ Recogitet p̄latus etiā deuotionis sibi conscius. ꝑsertim dū innūerabiles viri in oppositā ad se pergūt sniaz. Recogitet q̄d dicat apostolus. Nihil mihi ꝺscius sum. sed nō in h̄ iustificatus sum. Quis ad hoc verbū nō expauescat. Sed z āgel⁹ sathane trāsfigurat se in angelū lucis. insidiatur in abscōdito. spargit vbilibet laq̄os q̄s obumbrat specie virtutū. Ita vt horrendū valde sit q̄d dicit Sap̄. est via q̄ videt homini iusta. nouissima aūt ei⁹ ad mortē ducūt. Sic p̄latus nō nunq̄ dum eē gloriaē plenus gratia dei. repletⁿ est insensibiliter astucia diaboli. Quā multa q̄ttidie (exempli gr̄a) credit aliq̄s facere ex magnanimitate/q̄ fiūt ex arrogātia z ꝓsumptione. q̄ multa ex indulgētia hūili q̄ pietate. q̄ oriūt ex desidioso torpore. vel certe (qđ mirādū ē) ex vana ostētatōe z gloriatōe supbissima/ad h̄ dūtaxat/vt patiētie z mie laudē cū magnis viris meruisse credat. Sic furor icaut⁹/z emulato maledicta q̄ptinax. Zel⁹ q̄z nō fm sciam dur⁹. cruciosus/inexorabilis/ipterrit⁹. nemeni cedēs nullū scādalū reformidās. sz dicēs si dānari volunt q̄ rōne saluare potero vel teneor/

inuitos: talis inq̄ furor/mētis se zelū boni publici ꝛ cōis libratis. Dic īplicatō fruola/ꝛ stulti labor in minimis/tāta se diligentia simulās/sic ꝓplexa scrupulositas sp vacillās, nihil expediēs. bone sibi' ꝓscie nomē vsurpat/q̄ est ex radice supbie, nolēt; se peritor iudicō ꝓformare. Dic ābitio honor; palliat se, q̄ nō p se, sz p dignitatis honore ꝛ alior edificatiōe q̄rit. Dic ābitio/retētione dignitatū. in pniciē eccie/subtili malo fingit se velle multis pficere, nec ecciam exponere discrimini puerso. Et ꝫ plane ē ōmoniū meridianū/qō facit qnq̄ eē martyrē diaboli, dū eē gliak q̄s in plequntibus martyr dei. Donet insup dicere hoiem, qz diues sū ꝛ nulli egeo. Et nescit qz paup ē ꝛ miserabilis ꝛ cec ꝛ nud. Sed q̄d innumerabilia diaboli machinamēta dinūera reꝓtēdim, q̄b mētis ꝛ blādis lniq̄tas sibi q̄ plena sit gra dei: Dicam poti, q̄s eua surus ē illa: Rndeat nō ego sz ꝓpha/ꝓorā culū q̄le factū ē Anthonio. Hūliat sū ꝛ libauit me, hūiliatus intellectu, hūiliat affectu. Introgata nimiq̄ gra di/q̄ eēnt sig ei quib apparet in hoie: Rndit. Primū ꝛ ꝑcipuū signū meū ē hūilitas, hec sedes mea hec requies. Deus itaq̄ hūilib dat gram. Cognosce igit hūilitatē, ꝛ tu mea hbitationes ingrare nō poteris. Introgata ẏo hūilitas ō signis suis, mlta numerās, ea tandez ad duo pstrinxit/q̄ sūt hūile sapere ꝛ hūile velle, adiūgēs de hoie quē inhbitauerit/q̄ euz reddit tractabilē. q̄si pfusū oleo leticie, suasibilē, bonis ꝓsentientem, minus sp ꝓprio q̄ alieno fidentē ꝓsilio, abiect est vilis in oculis suis, nō se iactās, nō iustificāl nō mag, ꝓmittēs, nō solicite se excusans

Ex aduerso cognita sūt supbe elatiōis sig si se colit, si amat, si cōplacet in se sibi, si sapiēs ē in oculis suis alienū vel nō req̄rēs vel odiēs vel nō iplēs ꝓsiliū, ꝑ scō iā se hēt, ꝛ ꝑ tali q̄ dign sit revelationib at; miraculis regi. Et qm obstupuit in malis/nec; se nec; morbū suū nouit. se hūliorē se sanctiorē oīb iudicat. solos q̄ loquūt placentia retinet sibi/alios odit. tādēq̄ abiicit q̄cunq̄ q̄sito colore, ꝛ si ad hora dissimulet/amare se veritatē. Si scādalizāt alq̄ ñ vult sz ira scit eis. tāq̄ sol immunis sit a delicto/tāq̄ scādalo cām nullā pbuerit/imanet i opinionib ꝓprijs. q̄s defere nec; alior monitis, nec; ꝓsilio, nec; expientia malor se q̄ntū pstaderi pt. Egrescit poti ꝛ excādescit aduers monita salubria. Ue ve eccie ꝛ religioni cuiq̄ a peste tali. Vir. n. satis deꝑhēdi pt, qz tegit ouina pelle; sz per doctissimos sciētes ꝓbare spūs si ex deo sūt/ex fructib cogscit, ꝛ matie dū ad inhonoratiōis cuiuslibet/vel quā estimatōez, quasi furit/vt philocapt amate sue lesiōē erhorrescit. Philomin cū p tales deꝑhēsa fuerit, vic ē inuenire remediū. qz nec expelli facile pt nec retēta corrigi, nisi p miraculosā operatōz gre dei saluatoris nri. Talē cursū habuerit ꝓmo nr p ꝓmū signū/q̄ appuit gra dei ꝛ saluatoris nri. in ei hūilitate subiciente se legi circūcisiōis/ꝛ de ipius imitatiōe debita p platos ꝛ dcs/vt patiat plat legē quā tulerit/vtq̄ q̄sto maior ē. hūiliet se in oīb. vtq̄ ñ iponat onera grauia ceruicib subditor. vtq̄ grosū se ñ rigorosū oñdat/ꝛ ita abnegata ipietate ꝛ secularib desideriis/ꝛ sobrie/ꝛ iuste/ꝛ pie viuam in hoc seculo. Reliquū ē vt p scōm signū ōine gre/qō eē dirim benignitatē seu caritatē. pleni sigtaz i nois ipositōe/ꝓmonis nri cursus ꝓsūmatō nē accipiat. Uocatū ē nomē ei Jesus in ąt euāgelista. O nomē toties vocatū ꝛ ōsideratū nomē tādiu cū suspiriis expectatuz, sz hodie ꝑmitus ipositū cum vocatū est nomen ei Jesus. Dudū eni lōge a pcctōrib salus, i. Jesus/ꝛ ꝓpe erat vltionū dūs. Hoc dō cognscēs postulabat nomē nō potētie/et dnationis/sz gre ꝛ benignitatis. Dic in ąt aie mee salus tua ego sū. Jesus tu ego sū. Hā q̄d iesus nisi salus: Nōne sic tibi loq̄ videt dō deo. satis dixisti. ego dns. ego omipotēs. ego iust ꝛ terribilis. Obscōdāt obsecro hec noia ptātis, ꝛ exhibeat nomē gre ꝛ benignitatis. Et dico, ego Jesus. Hoc ē nomē nouū qō os dni nouauit. qō vocatū ē ab angelo pulsq̄ in vtero ꝓcipeit. nomē ab aplis ꝑdicatū/sic dicūt act aplor q̄ omi die nō cessabāt in tēplo ꝛ circa domos euāgelizantes iesū. Hic magn illē ꝑdicator/q̄ loqbat sapiam inter pfectos/nihil iudicabat se scire nisi iesū xpm/ꝛ hūc crucifixū. Jesū ꝓpterea toties viuēs ꝛ moriēs nouauit/ꝛ imitator ei ignati. Nomē ꝓterea a creaturis oīb adoratū. qz in noie Jesu oē genu flectat/celestium terrestriū/ꝛ infernor. qō psplcuū fecit miraculor operatio. Nomē deniq̄ ab oīb inuocādū qz oīb salutifer. Hā ois q̄ inuocauerit nomē dūi. h salu erit. Et ñ ē aliō nomē sub celo/affirmat petr/datū hoīb in q̄ oporteat nos saluos fieri, ꝛ itez. Hō ē in aliq̄ alio sal. Si penites/ꝛ times deū vnonum

appella ad deū gr̄az. dicēs vt ꝓpt̄ nomē su
um iesꝰ. sit tibi iesꝰ. qm̄ scribit nob filiol̄ su
is Johes qz remittūt nob pct̄a ꝓpt̄ nomen
eiꝰ. Nā q̄s legit i euāgelio iuocasse nomen
iesu. z exaudit nō fuisse. Si dānata mor
te pct̄i. remanet morby ꝯcupie audi qz i no
mie iesu ꝓpētes malaz suggestionū tollūt.
Et si mortifex q̄d delectatiōis bibit nō no
cebit. Si feroces insultus inimicoz oīm
timueris. attēde qz in noie iesu ōmonia cū
ciūt. z fere mālueścūt. vt gl̄iabat Agatha.
z turris fortissima p̄dicat a sapiēte nomen
dñi. Si tēratiōe vel alia afflictōe fatigatus
dep̄meris. imitare ap̄los q̄ ibāt gaudētes
a ꝯspectu ꝯsilij. qm̄ digni hīti sūt p noie ie
su ꝯtumeliā pati. z ap̄ls patū se offert nō so
lū ligari. sed z mori in hier̄lm. ꝓ noie iesu.
Apparet igit gr̄a dei in h noie iesu. qđ ē in
remediū ō malū culpe. i refrigeriū ꝯtra ma
lū ꝯcupie. in p̄sidiū ꝯtra malū pugne. z in
solaciū ꝯtra malū pene. Ampli9 qz nccē est
nob viatoribꝫ inq̄rentibꝫ celestē hier̄lm vi
am ꝓgscere. aduertam9 qz deducit nos
dñs super semitas iusticie ꝓpter nomez
suum. Horro quia ignobilis es nobilita
ri desideras. dat dñs p̄tātem filios dei fieri
his q̄ credūt in noie eiꝰ. Magna plane no
bilitas. qz si filij dei. z heredes. heredes q̄
dē dei. coheredes āt xp̄i. z ex ꝯsequnti eius
frēs. Nō agnoscēs angel9. adorari a iohe
noluit. Vide ait ne feceris. ꝯcuus eni tuus
sum. z fratz tuoz habētiū testimoniū iesu
Agen9 es. z multa te petere nccē ē offerk̄ ti
tibi iesus ꝓ titulo petitionis i curia dei pa
tris. sic obk̄uat eccia. institituta ab eo q̄ dixit
q̄cquid petieritꝫ patrē in nomie meo dabit
vob. Quo noie q̄ insigniti fuerit saluabūt
iuxta figurā Ezechiel de signo thau q̄ sigti
saluati sūt. Deniqz nēo vtutē. nēo sanitatē
hui9 nois nouit. nisi q̄ accipit ꝓ epientiā.
z gustat q̄d illud est. Oleū effusū nomē tu
um. Qualiter accepat q̄ dicebat. Dñe no
mē tuū z mēoriale tuū in desiderio aīe. Et
alt. In te gl̄ificabūt oēs q̄ diligūt nomen
tuū. Rursus ali9. Ego āt in dño gaudebo
z exultabo in deo iesu meo. q̄ dicerat. Gau
deāt alij i anxia diuitiaz z sarcinaz iutilū
accumulatōe. alij in effrenatō sordidavo
luptatum. alij in alijs notijs atqz p̄duris.
R ego āt exultabo i dō iesu meo. qm̄ potissimū
appuit gr̄a dei i eo ¶ Ez ecce ōnuo ꝓmonē
intrūp̄ere conat studiositas ipoztūa Et q̄rit
quō uez bz q̄ ois q̄ iuocauerit nomen dñi
salu9 erit. cū alibi scptū sit. Nō ois q̄ dic mi
hi dñe dñe. intrabit in regnū celoz. Respō
sio. requirk tertiū dñe. qđ ē opis. sic ꝓmū est
cordis. scōm ē oris. Dic cur apls tant9 vir
petēs in noie iesu carnis stimulū tolli. ex
audiri nō potuit. Rñsio. nō petiuit ad salu
tē. Associari q̄ppe dz oro q̄ tuoz comitib vt
exaudibilis sp fiat. q̄ pie. i. ad salutē. q̄ pse
uerant sine pct̄i intruptōe. q̄ iuste h est in
gr̄a z p se. ¶ Et ita q̄s q̄s in ipo ēt moriz ar
ticulo petit h puniri in curia gr̄e. libabit a
pena futura. vbi ē curia iusticie. z volabit
lib in celū. sic deducit domin9. Antisidioz ē
sis mediāte merito xp̄i z pena bita in p̄nti.
Uerbū q̄d ē qđ dicit ap̄ls qz nemo ꝓt dice
re domin9. Jesus nisi in spūsctō. cū pessimi
nedū illō noīare. sed in vtute ei9 miracula
facere memoret. quēadmodū viderūt ap̄li
quēdā in noie iesu demonia ejciētē. sic z il
li reprobi q̄ dicēt in iudicio dño. Nōne in
noie tuo ꝓphauim9. z in nomie tuo vtutes
multas fecim9 rē. q̄bꝫ dicet. Nescio vos.
Rñsio q̄ nemo ꝓt dicere dñs Jesus nisi in
spūsctō illustrāte intellectū sic nec aliquā ve
ritatē. vel ipo simul mouēte affectū. z illu
strāte intellectū vt in bonis. Ex aūt mali fa
ciūt miracula h est p p̄tātē publice iusticie
in attestationē veritatis. Propterea nō suf
ficiūt ostēdere aliquē sanctū. nisi comes fue
rit hūilitas. z scitas. Nec vo gratia miracu
loz iō dat q̄nqz reprobis. ad ipoz ꝯdēna
tionē. ne iusti ꝓ magno deputēt si vel habe
ant vel nō hēant hāc gratiā. Nolite inquit
xp̄s gl̄iari q̄ spūs vob subjiciūt rē. Ex si si
gillū z signū ꝓpriū ōine p̄tātis qđ est mira
culū. adhiberi q̄ratur in testimoniū falsita
tis. deus h nunqz ꝓmittit. q̄n reclamauerit
vel reclamet. quēadmodū p̄dixit. ne creda
mus signis antichristi. Et est h ad ꝓbatō
nem electoz. ¶ Properabat rursus quere
re studiositas. Cur non mō fit baptismus
vt oli. in noie Jesu. z cur nō ad inuocatiōz
eius dant genera linguaz. z opationes mi
raculoz. z similia. Dū hec int loquēdū su
perirruit zelus feruidus. fili9 caritatis. ab
scede hinc. ait. o studiositas speculatrix. nō
est tps disputādi sed plorādi. Nā si ꝓpterea
deus appellatus est Jesus. si in h apparu
it gr̄a ipius vt saluemur. vnde tot nob ma
la. tot incōmoda. q̄ in ipm credim9. ipm in
uocam9. Ecce iminuti sum9 ex ira dei effu
sa sup nos. plus q̄ gētes q̄ nomē domini ū
nouerunt neqz inuocauerūt. Et vt alia p̄te
reā. ecce q̄ execrādo scismate ecciam spōsā
suā cōcuti sinit dejci. ꝓteri. rūpi. lacerari.

